alqd: hoc populo gratissimum est; Sex. Rosc. 57. quid est quod .. populo Romano gratius esse debeat? div. Caec. 7. id fuit nobis gratum admodum: sed multo erit gratius (nobis), si reliqua voletis attendere; Verr. III, 10. nihil sibi gratius ostendit futurum; ib. IV, 75 circumspiciamus omnia, quae populo grata .. sunt; leg. agr. I, 23. quod .. omnibus patet ..., id esse gratum nullo pacto potest; Muren. 28. cum alterum gratum sit iratis; har. resp. 51. debet esse gratum quod praedicunt; ib. 56. quae pro me a Sestio facta sint, bonis esse grata? Vatin. 41. quae ab hoc ... facta sunt, .. grata esse vobis (spero); Balb. 59. nisi vero gratius putat esse vobis sui se capitis quam vestri defensorem fuisse; Milo 81. nec intellegis satis esse viris fortibus didicisse quam sit .. beneficio gratum .. tyrannum occidere? Phil. II, 117. hoc ... est .. ne dis quidem immortalibus gratum, ab eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere; XIV, 2. — facio: quod .. patri gratius ... facere posset; Sex. Rosc. 51. videor mihi gratum fecisse Siculis, quod eorum iniurias ... sum persecutus; Verr. II, 16. non minus hoc gratum me nostris civibus intellego fecisse; ib. cum, si solveres Siculis tantum, quantum populus Romanus iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset; ib. III, 174. gratissimum omnibus fecisti; ib. 215. quod ... gratissimum fratri suo fecit; Sest. 131. praesertim cum popularem te velis esse neque ulla re populo gratius facere possis; Vatin. 39. persuasum est Sardis se nihil Appio gratius esse facturos; Scaur. 36 gratius se civitatibus suis facturos putant; Planc. 28. in Q. Ligario conservando multis tu .. gratum facies necessariis tuis; Ligar. 32. regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium ... senatui populoque Romano gratum esse facturos; Phil. XI, 31.

admurmuratio: grata contionis admurmuratio (facta est); Verr. a. pr. 45.

adventus cui adventus istius gratissimus esse debuit; Verr. I, 38.

aestimatio: cum aestimatio legis eius modi sit, ut ... Siculis te praetore .. grata esse debuerit; Verr. III, 174. quae (aestimatio) aratori ... grata est; ib. 214

animus: huic animo gratissimo adsunt; Sulla 72. tantum apud me grati animi fidelis memoria valuit; Marcell. 14. quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adulescentis; Phil. IV, 3.

beneficia: summa ... beneficia .. eorum grata esse senatui populoque Romano; Phil. VI, 6.

benevolentia: mihi ... nec in perferendo labore industriam nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24.

causa: quae (causa) ... grata esse debet; div. Caec. 64. est illa causa ... populo grata; Verr. V, 173. quae (causa) est grata gentibus; Milo 102. non .. omnibus Sullae causa grata (erat); Phil. V, 43. quae (causa) esset ... dis hominibusque gratissima; ib. 44.

cives: quamquam in memoria gratorum civium tamquam in luce posita laetetur (virtus); Phil. V, 35.

civitas: ille ..., inrisit ... luctum gratissimae civitatis; sen. 12. ut ... dolerem, civitatem tam gratam tam miseram atque oppressam fuisse; Sest. 131.

contiones: de mea salute ... gratissimae contiones fuerunt; Piso 34.

convivium: rex gaudere praetori populi Romani satis .. gratum illud esse convivium; Verr. IV, 63.

xviri: hi (xviri), ut grati ... esse videantur; leg. agr. II, 21.

dies: si ille dies .. populo Romano gratissimus fuit; Ligar. 37.

dona: grata fore vobis populoque Romano sua .. dona arbitrabuntur; Verr. IV, 68.

factum: factum (tuum gratum omnibus debet esse; Phil. X, 1.

fides: ut et civibus et sociis gratissima esset eius .. fides; Ligar. 2.

frumentum: quo (frumentum) gratius esset tum; dom. 11.

gratulationes: gratae .. nostrae dis immortalibus gratulationes erunt; Phil. XIV, 7.

homo: hominem me esse gratum; prov. cons. 44. quia perraro grati homines reperiantur; Planc. 4. non desino incurrere in crimen hominis .. nimium .. grati; Planc. 91.

integritas: ut et civibus et sociis gratissima esset eius integritas; Ligar. 2.

iudicium: illius mihi iudicium gratum esse debebat; prov. cons 41.

lacrimae: qui tum lacrimas meas gratas esse dicebas; Planc. 76.

laus: magna laus et grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia quae sit multis profutura; Muren. 19.

lex: leges .. sunt veteres ... tribuniciae vobis maioribusque vestris vehementer gratae; leg. agr. II, 21. lex haec ... est omnium gratissima; Muren. 40. grata (lex) erat populo; Sest. 103.

liberalitas: quo gratior tua liberalitas .. nobis ... debet esse; Marcell. 16.

memoria: quae gratissima memoria omnium civium ... nondum testata est; Phil X, 7. proprium senatus sapientis est, grata eorum virtutem memoria prosequi; ib. XIV, 30.

meritum: quod eius in me meritum tibi ... gratum esse dicebas; Planc. 73. id .. D. Bruti praestantissimum meritum in rem publicam senatui populoque Romano gratum esse et fore; Phil. V, 36. summa in rem publicam merita .. eorum grata esse senatui populoque Romano; ib. VI, 6.

misericordia: cui non huius in me misericordia grata fuerit; Planc. 25. f. virtus; Ligar. 37.

munus: non vereor ne ... a me ullum munus aedilitatis amplius aut gratius populo Romano esse possit; Verr. I, 14.

oratio: optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet; Sex. Rosc. 142. huius oratio ut semper .. grata in contionibus fuit; Sest. 107. oratio (tua debet grata esse omnibus); Phil. X, 1.

perseverantia: hanc suam nimiam perseverantiam vehementer eis ... gratam .. fuisse; dom. 8.

pietas: in hoc P. Sestii pietas exstitit .. omnibus grata; Sest. 7.

populus: populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica civis; Milo 82.

praedicatio: nec vereor ne haec mea vestrorum beneficiorum praedicatio non grata potius quam adrogans videatur; har. resp 16. cuius (laudis) .. praedicatio nondum omnibus grata est; Phil. XI, 35.

praesidia: extrema (praesidia) sunt gratiora (rei publicae); Phil. XIII, 44.

praetura: qui cum ... praetura probata in iure, grata in munere, ... petisset diligenter; Muren. 53.

proditio: quibus illam relictionem proditionemque consulis sui gratam sperat fore; Verr. I, 35.

quaestura: non vereor ne quis audeat dicere ullius in Sicilia quaesturam ... gratiorem fuisse; Planc. 64.

recordatio: quis est nostrum liberaliter educatus ... cui non locus ipse mutus ille, ubi alitus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur? Planc. 81.

reditus: si dis immortalibus ... gratum .. meum reditum intellegitis esse; dom. 147. nec .. dubito quin ... reditus eius .. vobis gratus fuerit; Phil. IX, 1.

res: haec res est ... ita populo Romano grata; Verr. a. pr. 37. quas (res) vobis gratas fore non arbitrentur; ib. IV, 68. si tibi ea res grata fuisset; Ligar. 24. eam rem senatui populoque Romano gratam esse et fore; Phil. X, 25. eam .. rem senatui populoque Romano gratam .. esse; ib. XIII, 50.

res publica: si grata res publica esset; Milo 83.

scelus: acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent; Sest. 82.

senatus: ut hoc magis monimentum grati senatus quam clari viri futurum sit; Phil. IX, 11.

sermo: numquam .. de vobis eorum ... gratissimus sermo conticescet; Phil. XIV, 33.

sesquimodii: numquam tam grati hi sesquimodii .. fuissent; Verr. III, 215.

statua: mihi ... gratior illi videtur ... aënea statua futura et ea pedestris quam inaurata equestris; Phil. IX, 13.

studia: grata fore vobis populoque Romano sua studia .. arbitrabuntur; Verr. IV, 68

tabella: si populo grata est tabella; Planc. 15.

testimonium: qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi ... gratum populo Romano sit; Planc. 55.

triumphus: ipse .. triumphus quam ob rem omnium triumphorum gratissimus populo Romano fuit? Verr. V, 66.

victima: quam potestis P. Lentulo ... mactare victimam gratiorem? Flacc. 95. gratae (nostrae dis immortalibus erunt) victimae; Phil. XIV, 7.

victoriae: sin ... victoriae .. eorum bellorum gratissimae ‖ gravissimae ‖ fuerunt; Muren. 31.

virtus: si minus fortissimi viri virtus grata cecidisset; Milo 81. nulla de virtutibus tuis pluribus nec admirabilior nec gratior misericordia est; Ligar. 37.

voluntas: est mihi ... grata in dolore vestra erga me voluntas; Catil. IV, 1. quid est pietas nisi voluntas grata in parentes? Planc. 80.

gravate, ungern: „qui erranti comiter monstrat viam", .. non gravate; Balb. 36.

gravidus, schwanger: quod est proditum memoria ac litteris, Latonam ... gravidam ... confugisse Delum; Verr. I, 48. cum esset gravida Auria; Cluent. 31.

gravis, schwer, gewichtig, nachdrücklich, bedeutend, ernst, würdig, gewaltig, drückend, hart: alqs: cogitent, ita se gravis esse; Quinct. 75. existiment in his hominibus ... multo (me) graviorem .. futurum; Verr. V, 183. quem (Cn. Egnatium) tu gravem esse vis; Cluent. 135 quis illo (C. Laelio) gravior (erat)? Muren. 66. non optimus quisque nec gravissimus ... deligitur; Flacc. 11. hi graves ... semper habiti sunt; Sest. 139. qui ... fortasse .. gravior esse potuisset; Piso 71.

alqd: etiam gravius aliquid ei deberes concedere; Quinct. 52. id in tua (re) ... gravissimum debet esse; ib. 76. id quod multo gravius est; Sex. Rosc. 114. quod, tametsi grave est; ib. 116. quod etiam apud omnis leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Qu. Rosc. 6 concedes multo hoc .. esse gravius; div. Caec. 54. quod gravius in istum fore putabant; Verr. II, 160. id gravius esse putarunt; ib. 161. quod contra istum diceret, grave videretur; ib. III, 166. an aliqua .. graviora quaerenda sunt? ib. 168. haec quam sint gravia; ib. 200 fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos; ib. IV, 19. quod est gravius; Caecin. 7. statuit .. nihil sibi ... gravius esse faciendum; Cluent. 16. quod est gravissimum; ib. 59. quae sunt gravia vehementer; ib. 64. sin autem quod subscriptum est quia verum est, idcirco grave debet esse; ib. 124. quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim memet ipsum commemorare perquam grave est; leg. agr. II, 2. grave est vere accusari in amicitia; Muren. 7. si haec leviora ducis, quae sunt gravissima; ib. 38. quae cum sint gravia; ib. 56. quod .. gravissimum visum est; ib. 84. si quid gravius acciderit; Flacc. 103. non dico id, quod grave est; Sulla 85. grave esse videtur eum ... dicere in indicio; ib. 87. quod ipsum grave est; Quir. 23. gravius esse dicis, quod uno adulescente quam quod contione tota teste fecisti? dom. 126. quid gravius dici potest? har. resp. 37. nec haec idcirco omitto, quod non gravissima sint; prov. cons. 6. quae cum gravia sunt, *tum* nihil gravius illo; ib. 38. quod gravius est; Balb. 8. in populum Romanum grave est, non posse uti sociis excellenti virtute praeditis; ib. 24. „hic quam ille dignior" perquam grave est dictu; Planc. 16. quod mihi gravissimum esset; ib. est gravius spoliari fortunis quam non augeri dignitate; ib. 22. illa .. gravia (sunt); ib. 86. dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris inisse arguare, ... grave est; Deiot. 4. quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt; ib 5. quo quid potest esse gravius? Phil. I, 10. sin haec leviora vobis videntur, quae sunt gravissima; ib. 37. in publicis (rebus) nihil est lege gravius; ib. II, 109. nihil (est illi) vestra auctoritate gravius; ib. V, 50. gravius .. tumultum esse quam bellum hinc intellegi potest; ib. VIII, 3. grave dictu est, sed dicendum tamen; ib. IX, 8. nec gravius (est) incipere ferre quam perferre; Fr. B. VI, 14. (vgl. **graviter** dico).

accusator: qui .. ita gravis est accusator; Muren. 58.

adrogantia: quam gravis (erat) .. adrogantia (eius)! Cluent. 109

adventus: auditis .. quam graves eorum adventus sociis nostris esse soleant; leg. agr. I, 8. quorum .. adventus gravis ... erit; ib. 9.

adversarius: nemo .. horum .. ita te refutandum ut gravem adversarium ... arbitrabatur; Vatin. 1. victoriae nostrae gravis adversarios paratos ... esse .. videbam; Planc. 88.

adulescens: te .. Postumius, adulescens gravis, .. notavit; Sest. 111.

aetas: quamquam ad praecepta aetas non est gravis; Planc. 59.

antiquitas: duobus his gravissimae ‖ gravissimis ‖ antiquitatis viris sic probatus fuit; Sest. 6.

argumentum: est hoc ... gravissimum .. argumentum; Qu. Rosc. 37. nihil (se) aliquo gravi argumento comperisse ... dicent; Cluent. 126.

auctor: ut ... auctor vobis gravior nemo esse debeat; imp. Pomp. 68. qui hoc evenit ut ... idem sit gravis auctor iniuriae? Flacc. 40. id sibi dixit gravis auctor vehementissime displicere; sen. 13. hic tibi gravissimus auctor ad instituendam ... rem .. fuit; dom. 30. quaeris aliquem graviorem (auctorem)? Balb. 46. gravis auctor ... respondes; Piso 14.

auctoritas: nullius apud te gravis auctoritas (erat)? Verr. II, 40. quae (auctoritas) nisi gravis erit apud socios et exteras nationes; ib. IV, 25. P. Caesennius, ... non tam auctoritate gravi quam corpore, ... nihil de vi (dixit); Caecin. 27. s. maiestas.

auxilia: ex ipsa .. Gallia .. gravissima auxilia sumuntur; Font. 45.

bellum: bellum grave .. vestris .. sociis ... infertur; imp. Pomp. 4. pro qua (salute sociorum) multa maiores vestri .. gravia bella gesserunt; ib. 6. multa praeterea bella gravia (facta sunt); leg. agr. II, 90. sin haec bella gravissima ... fuerunt; Muren. 31. nisi illud grave bellum .. putaretur; ib. 32. cum .. Tigrane grave bellum nuper ... gessimus; Sest. 58. si omnia gravissimi belli insignia suscepta a senatu viderent; Phil VI, 2. bellum tam grave fuisse; ib. IX, 7. bello Antiochino .. gravi, cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset;

ib. XI, 17. grave bellum Octavianum insecutum est; ib. XIV, 23.

casus: cum in ... gravissimo .. rei publicae casu ... caedem a vobis ... depellebam; Flacc. 1. cum meum illum casum .. tam gravem .. non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent; Sest. 53. cum .. eum ... ad Numidici illius Metelli casum ... gravem convertisset; ib. 130. si qui accidisset gravior rei publicae casus; Phil. I, 13.

causa: quod si hanc causam ... tam gravem non haberem; div. Caec. 6. quae causa gravis esset; ib. 59. graviorem causam; ib. 61. vos id statuere in gravissima causa ... dubitabitis? Verr. II, 109. quoniam corrumpendi iudicii causas ille .. gravis habuit; Cluent. 82. fuit in his omnibus ... gravis (causa); har. resp. 44. cum in omnibus causis gravioribus .. initio dicendi commoveri soleam vehementius; Deiot. 1.

civis: tribunus militaris cum P. Servilio gravissimo .. cive profectus; Flacc. 5 (Z. 56). quod si .. gravissimi .. cives hanc Latinis ... viam ad civitatem .. patere passi sunt; Balb. 54. quam ambitionem .. gravissimus civis, L. Caesar, in senatum introduxit? Phil. XI, 19.

civitas: gravissima .. quaeque civitas vehementissime suas iniurias persecuta est; Verr. II, 11 quo reliquae ... tam graves civitates (plus auctoritatis apud vos haberent); ib. 14. civitatem tam gravem .. iudicasse; ib. 164. nullam .. reperietis ... auctoritate graviorem (civitatem); ib. III, 170. mentiri tot tam gravis civitates; ib. V, 135. civitatis ... gravis ... istum dolorem querellasque cognoscite; Flacc. 55. queritur gravis .. civitas; ib. 56. hanc .. tam gravem civitatem subiectam esse ... inrisioni tuae; Vatin. 31.

cogitationes: versantur .. in animo meo .. graves cogitationes; leg. agr. II, 5.

cohortatio: ut .. Pansae consulis accessit cohortatio gravior; Phil. IX, 9.

condicio: non gravior L. Cornelio quam multis viris bonis .. constitui lex vitae et condicio videretur; Balb. 18.

confessio: quam a me graviorem confessionem ... exspectas? Rabir. 19.

consensus: qui semper vestrum consensum gravissimum iudicavisset; Phil. 8.

consilium: sunt ... in hoc orbis terrae .. gravissimo .. consilio, qui de nostro omnium interitu cogitent; Catil. I, 9. magistratus .. quasi ministros gravissimi consilii esse voluerunt; Sest. 137.

consul: quod habiturus essem contra tribunum plebis furiosum ... gravem consulem; Sest. 20.

consultum: habemus senatus consultum in te ... grave; Catil. I, 3. gravissima .. in istum civem suum Gaditani senatus consulta fecerunt; Balb. 41. quid C. Pansa egit aliud ... senatus consultis faciendis gravissimis in Antonium? Phil. XIV, 5.

contentiones: qui ... gravissimas contentiones .. suscepit; Sest. 86.

contio: habetur ... contio .. gravis; Cluent. 77.

corpus: f. auctoritas; Caecin. 27.

crimen: grave est hoc crimen in Verrem, grave me agente; div. Caec. 32. grave crimen est hoc ... et post hominum memoriam iudiciaque de pecuniis repetundis constituta gravissimum; Verr. III, 130. accusatus est (Oppianicus) criminibus gravissimis; Cluent. 59. „gravissimis criminibus accusabam"; Cluent. 81. quod ego gravissimum crimen iudico; Phil. II, 3.

cruciamenta: nec .. graviora sunt carnificum cruciamenta quam interdum tormenta morborum; Phil. XI, 8.

crudelitas: sine dubio crudelitas gravior est (superbia); Verr. I, 122.

cura: omnium consulum gravis in re publica custodienda cura ac diligentia debet esse; leg. agr. II, 100.

decreta: senatus gravissima decreta perfregerat; Milo 87. vos ... immemores vestrorum gravissimorum decretorum videbamini; Phil. XII, 2. cum gravissimis vestris decretis absens notatus est; Fr. B. VIII, 3.

desiderium: quam (filiam) ex gravissimo tum primum desiderio luctuque conspexi; Sest. 131.

dictum: grave est hoc dictum fortasse; Sulla 80.

dies: o diem illum ... mihi ad domesticum maerorem gravem! Sest. 27.

diligentia: f. cura.

discordiae: quod plebes perfuncta gravissimis .. discordiis otium amplexatur || male laxatur ||; Sest. 104.

dolor: graves dolores inventi (sunt) parentibus et propinquis; Verr. V, 119. tibi graviorem dolorem patrui [tui] mors attulit quam C. Graccho fratris; Rabir. 14. quorum ... dolor gravissimis esse debuerit; Planc. 46.

equites: huic eidem nuper tres equites Romani .. graves ... non crediderunt; Flacc. 40.

existimatio: hominum existimatio gravis habebatur; Verr. III, 210.

facultas: gravis .. illa est ... facultas; Muren. 23.

faenus: cum ipsi gravi faenore istam pecuniam multos annos occupavissent; Flacc. 59.

fatum: grave (illud) fatum (populi Romani erat); Phil. V, 39.

fortuna: o gravem .. fortunam! Verr. V, 119. fortuna in hoc fuit fortasse gravior quam in ceteris; Sulla 73. in gravi fortuna conscientia sua niteretur (T. Annius); Milo 83. gravis illa fortuna populi Romani (erat); Phil. V, 39.

gloria: quid .. stultius quam inutilem potentiam ... anteferre .. gravi .. gloriae? Phil. V, 50.

homo: venit ad Cluvium ... gravissimum (hominem); Qu. Rosc. 49. credent omnes quinque et triginta tribus homini gravissimo .. M. Annio; Verr. I, 14. ut quisque ex provincia Sicilia gravior homo .. testimonium vehementius dixerit; ib. II, 149. quoniam gravis homines .. severe iudicaturos putabat; Cluent. 71. quis M. Scaurum, hominem gravissimum, ... a Q. Maximo (superari posse arbitratus est)? Muren. 36. homines .. gravis, ne sibi adversentur, testimonii denuntiatione deterret; Flacc. 18. quae si civitas per .. gravis .. homines querellas ad vos detulisset; ib. 52. obsignator (decisionis fuit) C. Sextilius ... homo ... gravis; ib. 89. multos homines ... per se ipsos et moderatos et gravis exstitisse fateor; Arch. 15. illos homines .. gravissimos .. miror; har. resp. 46. offendebant illi .. apud gravis .. homines; Sest. 105. qui .. adversabantur ei generi, graves .. homines habebantur; ib. homini gravi leve (hoc) est; ib. 115. graves erunt homines; Cael. 20. multos et vidi in hac civitate et audivi ... gravis .. homines .. fuisse; ib. 28. eam tribum ..., hominum .. gravissimorum, edere debuisti; Planc. 38. quem potius quam hunc C. Alfium ... gravissimum hominem .. edidisset? ib. 43. cum tu ... gravissimi hominis fidem ... desideres; Milo 69. num quid ... nisi ex hominis gravissimi .. disciplina? Deiot. 20. gravem (hominem dici multum laudis habet in rege); ib. 26. putavi (hominem) gravem; Fr. A. V, 11.

ignominia: ignominia .. illa gravis tam diu in illo homine fuit; Verr II, 67. illa non gravissimis ignominiis monumentisque ad posteritatis memoriam sunt notanda; Phil. V, 17. nondum erat vestris tam gravibus ... iudiciis ignominiisque concisus; ib. XII, 11.

imperator: quam (uxorem) secum gravis imperator ad exercitum duxerat; Phil. V, 22

infamia: gravi .. iam flagramus infamia; Verr. a. pr. 43. ut ... sese gravissima levaret infamia; ib. III, 140.

inimicitiae: M. Catonem cum multis gravis inimicitias gessisse accepimus; div. Caec. 66. non .. C. Rabirium ... veteres instae gravesque inimicitiae civium in discrimen capitis vocaverunt; Rabir. 2. qui ... gravissimas .. inimicitias .. suscepit; Sest. 86. quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores quam Lucullorum atque Servilii? prov. cons. 22.

iniuria: qui abs te gravissimas iniurias acceperit; Verr. II, 153. quibus iniuriis gravissimis .. illud erat miserum solacium; ib. III, 199. Androni Sextilio gravis iniuria facta est; Flacc. 84. L. Flaccum .. si ... gravis iniuria adflixerit; ib. 104.

irae: (eos) graviores deorum immortalium iras subire quam illos; har. resp. 39.

iudex: graviorem iudicem; div. Caec. 58. semper graves .. iudices in rebus iudicandis ... quid rei publicae tempora poscerent cogitaverunt; Flacc. 98.

iudicium: quod iudicium gravissimum est; Quinct. 32. iudicio gravi experiri nolebas? Qu. Rosc. 25. inimici iudicium grave videretur; Verr. II, 139. quae (iudicia) paulo graviora .. videntur esse; Tull. 8. utrum censorum iudicium grave velis esse an Egnatii; Cluent. 135. cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus; Catil. I, 16. gravia iudicia ... multa de coniuratorum scelere fecistis; Flacc. 94. meum .. gravius esse iudicium? Sulla 8. cuius (senatus) est gravissimum iudicium de iure legum; dom. 71. ut ... gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur; Sest. 55. ille .. fructum omnis ante actae vitae .. maximum cepit ... iudicio tuo gravissimo; Marcell. 3. quae de se exspectat iudicia graviora quam amicorum suorum? Phil. III, 25. quae exspectas .. iudicia graviora? ib. IV, 6. de quo gravissimum .. iudicium ... feceritis; ib. V, 3. f. ignominia; Phil. XII, 11.

laudatio: idem .. lectissimos viros ... ad hoc iudicium .. cum gravissima .. laudatione miserunt; Cael. 5.

laus: Q. fratris mei *hac* laude delector, sed aliis magis, gravioribus atque maioribus; Flacc. 33.

legationes: videt .. tot tam gravis ... legationes ... convenisse; Verr. a. pr. 7. de cuius improbitate singulari gravissimarum legationum querimonias audistis; ib. III, 22.

lex: huic subvenire volt ... gravi sua ||gratissima|| lege; leg. agr. II, 69. f. alqd; Phil. II, 109. condicio.

luctus: f. desiderium.

maiestas: auctoritas huius imperii civitatisque maiestas gravis habebatur; div. Caec. 69.

monumenta: f. ignominia; Phil. V, 17.

morbus: qui propter gravem morbum oculorum suorum tum non navigarit; Verr. V, 111. is .. cum gravi morbo adfectus esset; Cluent. 33. qui ... in morbum gravem .. incidit; ib. 198. ut saepe homines aegri morbo gravi ... relevari videntur; Catil. I, 31. (eis), qui e gravi morbo recreati sunt; Quir. 4. qui cum esset infirmus ex gravi .. morbo; Phil. VIII, 5. cum Ser. Sulpicius ... gravi .. morbo adfectus .. salutem rei publicae vitae suae praeposuerit; ib. IX, 15. horum alter nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus quicquid habuit virium; ib. X, 16.

municipium: si ... municipio ... tam gravi displiceret (huius aetas); Cael. 5.

munus: cum hoc munus imponebatur tam grave civitati; Verr. V, 51.

nomen: ut gravius apud eos nomen legationis quam iniuria legati putaretur; Verr. I, 69. grave .. est nomen imperii; leg. agr. II, 45. gravius si quis attulerit nomen, libenter adsentiar; Phil. XIV, 10.

numen: numen .. vestrum aeque mihi grave .. ac deorum immortalium in omni vita futurum; Quir. 18.

nuntius: adfertur .. gravis huiusce cladis ||mali|| nuntius Syracusas; Verr. V, 92. ut in ... tam gravi nuntio nemo admitteretur; Verr. V, 93.

obsecratio: ut ... videamini ... graviorem duxisse eius obsecrationem, quae vestris sacris praesit; Font. 49.

oculi: processit qua auctoritate vir! ... gravibus oculis; sen. 13.

odium: non arbitrabitur (legio Martia) se graviore odio debere esse in Antonium quam senatum; Phil. XII, 8.

offensio: in ... gravissima .. (illa) belli offensione L. Lucullus ... partem militum ... dimisit, partem M.' Glabrioni tradidit; imp. Pomp. 26.

onus: suscipis onus ... quod minime videtur grave eis; Sex. Rosc. 112. quod putatis onus esse grave et incommodum iudicare; Verr. I, 22. qui .. convenit .. *in* tam gravi onere tributorum ... mille talentum accessionem esse factam? Rab. Post. 31.

opinio: erat etiam alia gravis .. opinio; imp. Pomp. 23. si quam huc graviorem de illo iudicis opinionem attulistis; Cluent. 142. opinio est gravis; Phil. VII, 14.

optimates: ipsi .. optimates gravissimi ... numerantur; Sest. 97.

oratio: gravis est illa oratio; Muren. 38. hanc orationem ... tam gravem non suscepissem; har. resp. 61. huius oratio ut semper gravis .. in contionibus fuit; Sest. 107. quos ... Cn. Pompeius .. oratione .. gravi secum .. contendere iubebat; Balb. 59.

orator: nego ulla verba Lentulum, gravem oratorem, .. saepius ... usurpasse quam haec; har. resp. 37.

ordo: qui .. illum ordinem .. gravissimum .. duxisset; Deiot. 10.

ostentum: quod (totum hoc ostentum) haud scio an gravissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit; har. resp. 10.

pars: *videte* ne multo vestrae .. graviores .. partes sint ad cogitandum quam ad dicendum meae; Font. 21 quae (pars accusationis) gravissima debebat esse; Muren. 11. cum ... gravissimam .. adulescens nobilissimus rei publicae partem fortissime suscepisset; Milo 40.

pericula: cum ... a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit; Phil. III, 38.

persona: quid ego .. ita gravem personam induxi? Cael. 35. non infirmitas ingenii sustinet ... tantam personam, tam gravem; Piso 24. quam (philosophiam) qui profitetur, gravissimam sustinere mihi personam videtur; ib. 71.

poena: necesse putavit esse .. poenam graviorem constituere; Tull. 11. adiungit gravem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit; Catil. IV, 8. poena gravior in plebem tua voce efflagitata est; Muren. 46. poena est .. Dorylai gravior quam apud alios falsarum et corruptarum litterarum; Flacc. 39. cum ... gravissimas poenas adfinitatis impurissimae sustineret; dom. 135. aliam multo .. graviorem .. (poenam) subierunt; prov. cons. 14. quae .. homini ... gravior poena accidere potuit? ib. quae (poenae) gravissimae sunt; Piso 50. cum ... gravissimae legum poenae vetarent; ib.

poëta: quae scripsit gravis .. poëta; Planc. 59.

postulata: qui (Siculi) ... in te gravissima postulata consulibus ediderunt; Verr. II, 156.

praefectura: non existimavi me .. dignitati praefecturae gravissimae ... satis esse facturum; Scaur. 27.

praesidium: ut in eo rei publicae praesidium .. gravissimum poneret; Phil. X, 17.

principatus: curia illa vos de gravissimo principatu patris .. testatur; Scaur. 46.

provinciae: quem .. tot tam graves .. provinciae salvum esse cupiant; Flacc. 5 (3, 30). quod

se ... legatum ... provinciis gravissimis dignum suis maioribus praestitit; ib. 101.

querella: nunc venio ad gravissimam querellam .. tuam; Marcell. 21.

ratio: ostendetis .. rationi ... gravi nullum a vobis fructum esse propositum; Flacc. 106.

res: si res ista gravissima sua sponte videretur; Quinct. 52. putasne te posse ... tot res tam gravis ... sustinere? div. Caec. 37. quod .. ad graviores res pertinet; Caecin. 6. quae (res) graviores .. sunt; Sulla 69. num inveterata (illa res) quam recens debuit esse gravior? ib. 81. gravissimis ... rebus est fulta (Gaditanorum causa); Balb. 35.

rumores: graves de te rumores (secuti sunt); Deiot. 25.

securis: quam .. illi iudices ... graviorem potuerunt rei publicae infligere securim? Planc. 70.

seditiones: quod plebes perfuncta gravissimis seditionibus .. otium amplexatur ||male laxatur||; Sest. 104.

senatus: nec .. fuit (senatus) umquam gravior; Phil. XIII, 15.

sententia: sententia .. gravior ... nulla esse potuit; dom. 68. cuius sententiam senatus [omnis] de salute mea gravissimam .. secutus est; Milo 39. dixit .. gravem ... sententiam; Phil. XI, 15. si quis ... graviorem sententiam dixisset; ib. tuis .. gravissimis .. sententiis omni est ... spe salutis spoliatus Antonius; ib. XII, 5.

socer: tibi ... gravissimum socerum fuisse; Verr. a. pr. 52.

spectaculum: constituitur in foro Laodiciae spectaculum ... grave toti Asiae provinciae; Verr. I, 76.

supplicium: L. Catilinam .. gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat; Catil. II, 3

tempus: si tempus aliquod gravius accidisset; Flacc. 80. quoniam in gravissimis temporibus civitatis ... P. Sestii tribunatus est ... conlocatus; Sest. 5.

testimonium: grave testimonium; Qu. Rosc. 17 in quem ipsi cum gravissimo testimonio publice ... Romam mandata legatosque misissent; Verr. II, 161. qui in illum testimonia gravia dixerunt; Sulla 13.

testis: quis est ex his gravissimus (testis)? Qu. Rosc. 42. gravissimos privatarum rerum testis ... vi custodiisque retinere; Verr. II, 12. hoc in te .. graviores .. testes sunt; ib. III, 108. de qua (trulla) .. credo .. satis gravem testem .. dicere audistis; ib. IV, 62. „tot tam gravis testis vivos incolumisque esse patiar"; ib. V, 105. graviorem ... se fore ab inferis testem; ib. 113. neminem umquam .. gravioribus testibus esse in iudicium vocatum; Cluent. 9. habeo ... L. Lucceium ... gravissimum testem; Cael. 54.

tormenta: alia sunt ... hoc .. graviora (tormenta) ea quae concipiuntur animo, quam illa quae corpore; Phil. XI, 9.

tumultus: f. alqd; Phil. VIII, 3

valetudo: si ad gravem valetudinem labor accessisset; Phil. IX, 2.

valvae: quae (valvae) erant .. graves; Verr. IV, 124.

verbum: vereor .. ne .. gravioribus utar verbis; Quinct. 57. Apronium ... ne verbo quidem graviore appellasses; Verr. III, 134. cum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset; Cluent. 58. „at accusat verbis gravissimis"; Flacc. 57. cum rem publicam meis consiliis conservatam gravissimis verbis .. iudicassetis; sen. 26. cum te viri ... verbis gravissimis proterruissent; dom. 133. potest gravioribus a me verbis volnerari quam est ... a gravissimo viro, P. Servilio, confectus ac trucidatus? har. resp. 2. quid fuit illud, quod ... summus artifex ... egit ... multo gravioribus verbis meam causam, quam egomet de me agere potuissem? Sest. 120. ut gravissimo verbo utar; Rab. Post. 2. non dubitabo ... gravissimis verbis eius consilium reprehendere; Ligar. 23.

victoria: in illa gravi L. Sullae .. victoria quis P. Sulla mitior, quis misericordior inventus est? Sulla 72.

vir: an M. Annii, gravissimi .. viri, summa auctoritas paulo diligentiorem timidioremque (te) fecerat? Verr. V, 156. ut .. Catoni, gravissimo .. viro, rationem facti mei probem; Muren. 3. cum P. Servilius, gravissimus vir, ... dixisset opera mea rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam; Quir. 17. utrum temeraria .. mulier finxisse crimen an gravis ... vir religiose testimonium dixisse videatur; Cael. 55. fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis, gravissimis viris, neminem quin removeret oculos; Balb. 11. Torquato, gravissimo .. viro, premente; Piso 47. si ... decem soli essent in civitate viri ... graves; Planc. 9. qui ... sic ab illo gravissimo ... viro dilectus est; Planc. 27. f. verbum; har. resp. 2

volnus: ille .. grave tum volnus accepit; Catil. IV, 13. quo in proelio Lentulus grave volnus accepit; Phil. VIII, 14.

voltus: scilicet ... gravis (est) voltus (meus); Vatin. 8.

voluntas: fidelissimorum .. sociorum voluntatem apud hos gravem esse non oportere (dicis)? div. Caec. 12. gravissima .. apud te voluntas patris esse debuisset; Verr. II, 98. gravior . vobis erit hostium voluntas quam civium? Font. 32.

vox: quae (vox) .. gravissima debet esse; Sulla 78.

urbs: qui tenent Apolloniam, .. urbem .. gravem; Phil. XI, 26.

gravitas, Schwere, Nachdruck, Gewalt, Ernst, Strenge, Bedeutung, Würde: I. **absolut:** 1. consolatur: nihil est quod humilitatem cuiusquam gravitas ... consoletur; Quinct. 5.

delectat: delectat .. me hominis gravitas; Verr. I, 106.

desiderat: quorum tacita gravitas de uno quoque loquitur neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat; Sulla 82.

deterret: hoc tunc ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas ... deterret? dom. 4.

est: cognoscite quanta in scribendo (eius) gravitas .. sit; Verr. V, 54. in quo (Cn. Lentulo) ... summam gravitatem esse cognovistis; imp. Pomp. 68. das .. mihi ... nullam gravitatem ... in Graecis hominibus ... esse; Flacc. 36. ut constet post hominum memoriam numquam in illo ordine ... plus gravitatis fuisse; Sulla 82. cuius (P. Sulpicii) tanta in dicendo gravitas ... fuit; har. resp. 41. [tanta erat gravitas (eius) in oculo]; Sest. 19. quae ... gravitas P. Lentuli consulis fuerit; ib. 72. quae fuerit .. Cn. Pompei gravitas in dicendo; Balb. 2. si tibi gravitas tua ... pluris fuit ... quam aedilitas; Planc. 50. quantum gravitatis in huius ordinis consilio esset; Phil. V, 2. in altero .. gravitas (est); ib. XIII, 10.

exsistit: quae (tum L. Flacci) gravitas exstitit! Flacc. 103.

habet: quos aculeos habeat .. gravitas .. vestra; Cael. 29.

loquitur: f. desiderat.

nocet: ne quid L. Murenae ... totius vitae .. gravitas noceat; Muren. 58.

oritur: unde orta mihi gravitas ... videtur; Sest. 141.

postulat: scio quid gravitas vestra ... postulet; Sest. 119.

valet: eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt ignari quid gravitas ... valeret; Sest. 60.

videtur: f. oritur.

2. o: o gravitatem dignam exspectatione! Sex. Rosc. 101.

II. **nach Verben**: 1. adsequor: ut maiorum gravitatem ... adsequatur; Cluent. 196. cuius si ... gravitatem illam singularem ac paene divinam adsequi possem; har. resp. 2.

antepono: cuius ego civitatis .. gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam; Flacc. 63.

audio: cui ... Deiotari .. gravitas .. non audita est ||sit audita||? Deiot. 16.

celebro: semper illius gravitatem ... omnium mortalium fama celebrabit; Phil. IX, 10.

defendo: in mentem tibi non venit quid negotii sit ... gravitatem iudiciorum defendere? div. Caec. 27.

habeo: quae (res) tantum habet ipsa gravitatis; Verr. V, 159.

imploro: si umquam res pulica .. gravitatem .. iudicum imploravit, hoc .. tempore implorat; Flacc. 3.

obtineo: ut ... gravitatem possint obtinere; Quinct. 75. quorum (Marcellorum) alter apud me parentis gravitatem ... obtinebat; Sulla 19.

peto: petita est .. gravitas amplissimorum ordinum; har. resp. 45.

quaero: nihil quaesivit [aliud] nisi .. gravitatem; Milo 22.

requiro: populus Romanus ... nihil aeque in re publica atque illam veterem iudiciorum .. gravitatem .. requirit; div. Caec. 8.

retineo: retinenda est .. nobis .. gravitas; Phil. VII, 14.

suscipio: cum ... gravitatem .. iudicii legumque susciperes; div. Caec. 37.

sustineo: qui (maiores nostri) tris solum urbis in terris omnibus ... statuerunt posse imperii gravitatem .. sustinere; leg. agr. II, 87. nec illam divinam gravitatem .. diutius homo eiusdem sanguinis potuit sustinere; Sest. 130.

video: videte gravitatem civitatis; Verr. II, 161. videte magni et clari viri admirabilem gravitatem; Phil. VIII, 41.

2. sum: multitudinem Iudaeorum ... prae ||pro|| re publica contemnere gravitatis summae fuit; Flacc. 67. si ... gravitatis esse putasses tuae, quod multi nobiles saepe fecerunt; Planc. 50. „fuit alterum gravitatis .. tuae"; Phil. II, 24. extraordinarium imperium ... est minime nostrae gravitatis; ib. XI, 17.

3. aspergo: si illius .. facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris; Muren. 66.

cedo: uterque nostrum cedere cogebatur ... orationis .. gravitati; Phil. IX, 9.

offero: huius .. gravitati .. tempestas est oblata formidolosissimi temporis; Phil. VII, 7.

sum: gravitati aetas ... (est) impedimento; Sex. Rosc. 9.

4. abutor: non vestra .. gravitate abutitur (P. Clodius)? dom. 104.

sum: homo, qui .. summa gravitate ... esset; Verr. I, 66. fuit (Pompeius) in his provinciis singulari .. gravitate; imp. Pomp. 61. ille erat summa .. gravitate censor; dom. 130.

5. abhorreo a: istorum religio sacrorum a ... gravitate nominis nostri .. abhorrebat; Flacc. 69.

contendo contra: cum Ser. Sulpicius ... contra .. gravitatem .. morbi contenderit; Phil. IX, 15.

degenero a: cuius (Ti. Gracchi) utinam filii ne degenerassent a gravitate patria; prov. cons. 18.

descisco a: ea .. res illum fortem .. virum a gravitate patrum desciscere coëgit; har. resp. 43.

dico de: quoniam de eorum (Graecorum) gravitate dicimus; Flacc. 31. (quid) de .. gravitate (eius dicam)? Deiot. 37.

diiunctus a: quod si apud Atheniensis .. longe a nostrorum hominum gravitate diiunctos non deerant qui rem publicam ... defenderent; Sest. 141.

fingo ad: finxit .. te ipsa natura ad .. gravitatem ... magnum hominem et excelsum; Muren. 60.

remitto de: si aliquid de summa gravitate Pompeius ... remisisset; Phil. XIII, 2.

revoco ad: si ... non me ipsa res publica ... ad gravitatem animi .. sua dignitate revocaret; Sulla 83.

sentio de: quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat; Phil. XI, 39.

taceo de: nec .. de .. gravitate provinciae Galliae taceri potest; Phil. III, 13.

III. **nach Adjectiven**: 1. plenus: Q. Metelli ... fuit .. omnis vita plena gravitatis; dom. 87.

2. par: huic gravitati hominis videbat ille gladiator se ... parem esse non posse; Sest. 88.

3. alienus: illa ... aliena temporum gravitate sententia est; Phil. XI, 21.

praeditus: adest praesens vir singulari .. gravitate praeditus, M. Bibulus; dom. 39. alterius tribuni plebis, [divini] hominis ... gravitate .. praediti, domus est oppugnata ferro; Sest. 85. hunc quisquam incredibili quadam atque inaudita gravitate .. praeditum foedera scientem neglexisse .. dicere audebit? Balb. 13.

IV. **nach Substantiven**: 1. alqd: f. I, 1. est; Sulla 82. Phil. V, 12. — II, 1. habeo.

exemplar: qui mihi videtur quasi quoddam exemplar pristinae gravitatis ... divinitus servari; Fr. A. III, 17.

persona: illam .. gravitatis .. personam non appetivi, sed a re publica mihi impositam sustinui; Muren. 6.

virtus: aliis ego te virtutibus, continentiae, gravitatis, ... consulatu et omni honore semper dignissimum iudicavi; Muren. 23.

2. alqs: M. Scaurum, illa gravitate, ... quem ad modum (mortuum) defendemus? Rabir. 26. secutus est C. Gracchus: ... quanta gravitate dicendi! har resp. 41.

adulescens: alterum (equitatum) in Macedonia Cn. Domitius adulescens summa .. gravitate ... abduxit; Phil. X, 13.

homo: si .. tibi concedam, Q. Hortensium, tanta gravitate hominem, ... non suo stare iudicio; Sulla 22 non movit hominem summa gravitate; Sest. 88.

vir: Ti. Gracchus convellit statum civitatis: qua gravitate vir! har. resp. 41.

V. **Umstand**: 1. accusare: ut .. verear ne se idem Appius repente convertat et Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria; Cael. 35

commoveri: fateor me ... gravitate responsi ... vehementer esse commotum; har. resp. 18

defendere: qui se ipse sua gravitate ... defenderet; Cael. 11. ut ... causam illam gravitate sua defenderit et probarit; Balb. 49.

dicere: qua gravitate verborum ... dicam? Verr. V, 158. L. Caesar ... qua gravitate sententiam dixit in sororis suae virum! Phil. II, 14.

excitari: qui (Q. Metellus) excitatus ... P. Servilii .. *incredibili* quadam gravitate dicendi ... conlacrimavit; Sest. 130.

florens: pro me pugnabit L. Philippus .. gravitate .. florentissimus civitatis; Quinct. 72.

liberare: hac gravitate senatus ... potes in perpetuum rem publicam metu et periculo liberare; Phil. VII, 27. senatum existimare .. eorum trium imperatorum ... gravitate ... populum Romanum ... servitute liberatum; ib. XIV, 37.

notari: quod si ille ... Gabinium et Pisonem ... verborum gravitate esse notandos putavit; prov. cons. 2.

ornari: tu, C. Piso, tali .. gravitate .. ornatus ex adversariis pecuniam petere non auderes; Qu. Rosc. 7.

par: ecquem vere commemorare possumus parem .. gravitate ... M. Aemilio Scauro fuisse? Font. 24. *cui neminem vidimus parem ... gravitate*; Scaur. 49.

permoveri: Q. Metellus Nepos nonne ..., permotus ... illius ||illa|| P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum ... rediit in gratiam? prov. cons. 22.

praestans: M. Crassus non † Avennensem foederatum civitate donavit, homo .. gravitate .. praestans? Balb. 50.

tardare: qua gravitate sua cum frequens senatus non nullorum scelus audaciamque tardasset; Sest. 129.

tueri: qui tantam rei publicae causam gravitate (sua) .. tueretur; Piso 19.

valere: quantum dicendi gravitate .. valeat (Pompeius) ... cognovistis; imp. Pomp. 42.

2. cum: qui praesunt iudiciis summa cum gravitate; Sulla 64. egit causam summa cum gravitate .. dicendi; Sest. 107.

ex: multi ex morbi gravitate maiores (sunt dolores); Phil. XI, 8.

propter: propter singularem eius civitatis gravitatem .. cotidie aliquid iracundiae remittebat (Caesar); Phil. VIII, 19.

graviter, schwer, gewichtig, bedeutend, nachdrücklich, ernst, würdig, heftig, empfindlich, ungern:

accuso: illud, in quo te gravissime accusavi; Verr. III, 206. res .. ipsa .. graviter accusari potest; Cael. 29.

adflicto: ut saepe homines aegri morbo gravi ... primo relevari videntur, deinde multo gravius .. adflictantur; Catil. 1, 31.

ago: causa ... graviter .. agenda est; div. Caec. 39. quod nisi Metellus hoc tam graviter egisset; Verr. II, 160. quae ... gravius agerem .. quam adhuc egi; Flacc. 60. ex ipsa quaeram .. utrum me secum .. graviter .. agere malit an .. leniter; Cael. 33. non patitur mea me iam ||etiam|| fides de Gabinio gravius agere; Rab. Post. 19.

animadverto: in hominem .. honestissimum tam graviter animadverti ... non oportuisse; Verr. V, 20.

appello: qui gravissime, temeritatem (illam appellant); Ligar. 17.

commoveo: cuncti Siculi ... graviter commoventur; Verr. V, 115.

conqueror: his de rebus tantis .. neque satis me commode dicere neque satis graviter conqueri ... posse intellego; Sex. Rosc. 9. praetermitto illa, quae nemo est quin gravissime ||gravissima|| .. conqueri possit; leg. agr. 1, 21.

deploro: multa Sosippus Agrigentinus apud Cn. Pompeium ... graviter ... deplorasse dicitur; Verr. III, 204.

desidero: o graviter desiderata ... tribunicia potestas! Verr. V, 163.

dico: nolo in eos gravius quicquam ... dicere; Sex. Rosc. 139. de contumeliis et iniuriis in magistratum Milesium .. dici ... graviter .. potest; Verr. I, 86. qui (Siculi) priore actione ita testimonia graviter .. dixerunt; ib. II, 156. multa Sosippus Agrigentinus apud Cn. Pompeium ... graviter .. dixisse .. dicitur; ib. III, 204. quae cum omnia graviter dixerit; ib. V, 22 utrum gravius aliquid in quempiam dici potest? Caecin. 29. multa ... contra .. A. Gabinium graviter .. dixisti; imp. Pomp. 52. cum una quaque de re a P. Cannutio .. graviter .. diceretur; Cluent. 29. ut gravissime dicam; ib. 126. de qua (plaga) ab ... Hortensio multa gravissime dicta sunt; Muren. 48. de cuius praestanti virtute cum .. graviter .. diceres; ib. 66. cum .. alius .. alio gravius .. de mea salute dixisset; Sest. 74. vir summa auctoritate .. dixit graviter; prov. cons. 45. nihil de re publica gravius umquam dixi; Balb. 2. nihil dicam gravius quam quod omnes fatentur; Piso 3. ne gravius quippiam dicam; Phil. 1, 27.

expostulo: vix ut gravius expostulari (oportuerit); Tull. 54.

facio: qui .. adulescens ... nihil umquam nisi .. gravissime fecerit; Deiot. 27.

fero: tuli graviter ... in eum me locum adduci; div. Caec. 4. utrum .. censes hos [iudices] gravius ferre oportere; ib. 54. concedes multo hoc ... ab omnibus ferri gravius oportere; ib. propterea quod ... turpissimum illud facinus .. graviter tulit; Verr. a. pr. 29. Carbo graviter ferebat sibi quaestorem obtigisse hominem singulari luxuria atque inertia; ib. 1, 34. hoc ... ereptum esse, graviter .. et acerbe homines ferebant; ib. 152. (Metellus) graviter fert; ib. II, 162. (Archagathus) ferebat graviter illam sibi ab isto provinciam datam; ib. IV, 51. qui si intellexerint, interverso hoc regali dono graviter vos tulisse; ib. 68. nullas (iniurias) Graeci homines gravius ferunt ac tulerunt; ib. 132. senatum et populum Syracusanum .. graviter .. ferre, quod ego ... in illa civitate nihil eius modi facerem; ib. 138. nonne eum graviter tulisse arbitramini, quod illam civibus Romanis crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere? ib. V, 170. tulit hoc commune dedecus ... graviter filius; Cluent. 16. graviter id decuriones Larinatium cunctique municipes tulerunt; ib. 43. utrum videtur id senatus factum iudicare, an, si factum sit, .. graviter .. ferre? ib. 136. qui (Ser. Sulpicius) gravissime .. ferre se ||se ferre|| dixit me ... causam L. Murenae contra se defendere; Muren. 7. graviter homines honesti atque in suis civitatibus et municipiis gratiosi tulerunt; ib. 47. graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis; ib. 75. qui id impedisset, vos graviter .. laturos; sen. 27. quae (tela) ... graviter ... ferebam; har. resp. 47. id .. senatum gravissime laturum; Sest. 129. graviter .. se ferre praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset; Vatin. 38. graviter id iure ferremus; Balb. 25.

gero: quo uno modo geri (consulatus) graviter .. potest; leg. agr. I, 25.

iacto: cum se gravissime .. iactaret (P. Clodius); Cael. 27.

incumbo: quo omnes .. gravius .. incumberent ad ulciscendas rei publicae iniurias; Phil. VI, 2.

ingemisco: ingemuit gravius timidior quidam creditor; Fr. B. XIII, II, 5.

interpretor: ut gravius interpretemur; Fr. E. 2.

iudico: miror quo modo ... de hoc (homine) ipse ... gravissime .. iudicarit; Verr. III, 153. senatus ... gravissime iudicavit; Flacc. 67. gravius de te iudicatum putarem; Planc. 9. mihi .. Cn. Pompeius .. nihil gravius contra Milonem iudicasse ... videtur; Milo 15.

laedo: laesit gravissime; Verr. IV, 19.

minor: ei gravius .. minari coepit; Verr. II, 73.

offendo: si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem; Catil. I, 17. omnis eum ... oratio graviter offendit; Phil. I, 28.

peroro: illam partem causae facile patior graviter .. a M. Crasso peroratam; Cael 23.

praedico: quae ... quam graviter saepe in senatu (de illo viro) praedicaverunt? Phil. XI, 33.

queror: qui de Dionis iniuriis gravissime per litteras cum Verre questus es; Verr. II, 24. is ... se inique a tuis iactatum graviter querebatur; Planc. 55. de re publica graviter querens de homine nihil dixi; Phil. II, 7.

refuto: ne gravius refutere; Sulla 25.

respondeo: potest quisquam vir ... satis graviter *in* inimici contumeliam sine sua laude respondere? har. resp. 17.

saucius: qui graviter saucius e caede effugerat; Tull. 22.

scribo: cum .. Platonis graviter .. scriptum librum de morte legisset; Scaur. 4.

suspectus: s. offendo; Catil. I, 17.

tracto: omnis accusatio .. graviter .. tractata

.. manifesta veneni deprehensione conclusa est; Cluent. 50.

vivo: illa .. in illo homine mirabilia fuerunt ... cum senibus graviter ... vivere; Cael. 13. qui .. graviter .. vixisset; Balb. 12.

vitupero: gravissime vituperatur, qui in tantis beneficiis ... remunerandis est tardior; Quir. 23.

urgueo: multo postea gravius urguebamur armis domesticis; Phil. VII, 14.

gravor, sich beschwert fühlen, verdrießlich sein: alqs: primo gravari coepit (ille), quod aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis et invidiam atque offensionem timere dicebat; Cluent. 69.

consules: qui (consules) si .. gravabuntur (ad senatum referre); imp. Pomp. 58.

homines: num aut criminosum est ||sit|| aut mirandum ... in ea (civitate) non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium? Muren. 69.

gregalis, Kamerad, Spießgesell: I. dicunt: quod vos Catilinae gregales de me dicere solebatis; dom. 75.

II. defendo contra: si ego consul rem publicam contra .. gregalis tuos defendissem; Sest. 111.

III. alqs de: hoc .. verbo neque P. Clodius neque quisquam de gregalibus eius ... designatur; har. resp. 53.

gregarius, gemein: id etiam gregarii milites faciunt inviti; Planc. 72.

gregatim, schaarenweise: videtis civis Romanos gregatim coniectos in lautumias; Verr. V, 148.

gremium, Schooß: I, 1. impleo: is vomens ... gremium suum ... implevit; Phil. II, 63.

2. abstraho e: cum Q. Metellus abstraheretur e .. gremio .. patriae; Cael. 59.

depono in: cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeres; Phil XIII, 24.

pono in: ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum ... cogantur; prov. cons. 4.

sepelio in: haec sunt .. in gremio sepulta consulatus tui; Piso 11.

II, 1. contineri: quae (Aetolia) ... medio fere Graeciae gremio continetur; Piso 91.

2. in: filia ... in huius amantissimi sui fratris .. gremio ... consenescebat; Cluent. 13.

grex, Heerde, Schaar, Schwarm, Truppe: I. adferunt: greges hominum perditorum tumultum ||metum|| nobis seditionesque adferebant; Sulla 66.

exeunt: si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges; Catil. II, 10.

II, 1. abigo: (possem ||possum|| dicere) greges equorum || equarum || eius istum abigendos curasse; Verr. I, 28 greges nobilissimorum equorum abactos ... esse; ib. II, 20.

caedo: caedit greges armentorum reliquique pecoris; Phil. III, 31.

duco: Milo .. tum casu .. ducebat .. ancillarum greges; Milo 55. Cassius, Mustela, Tiro .. sui similis greges ducebant per forum; Phil. V, 18.

2. sum: Gellium, Firmidium, Titium, eiusdem modi furias illis mercennariis gregibus duces et auctores fuisse; Sest. 112.

3. abripio de: Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres (hunc hominem); sen. 14.

adnumero in: ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer; Sex. Rosc. 89.

confero in: „si me in gregem sicariorum contuli“; Sex. Rosc. 94.

conloco inter: quos ... inter mimorum et mimarum greges conlocavit; Phil. VIII, 26.

peto a: „lenocinium .. a grege delicatae iuventutis ... petebas? Muren. 74.

reicio ex: in hunc .. gregem vos nunc P. Sullam .. ex his ... honestissimorum amicorum gregibus reicietis? Sulla 77.

spero a: gloriam sperabit a latronum gregibus et praemia; Phil. XII, 26.

versor in: in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur; Catil. II, 23.

transigo: atque ‖itaque‖ illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est; Catil. III, 15.

vendo: ut venderet illa, quae in sacrario fuissent ..; Verr. IV, 16.

vereor: illud vereor, ne tibi illum suscensere aliquid suspicere; Deiot. 35. illud magis vereor, ne ..; Phil. I, 33.

video: illud, quod coepimus, videamus; Sex. Rosc. 58. age nunc illa videamus, iudices, quae ... consecuta sunt; ib. 105. simul illud videatis necesse est; Cluent. 62. multa etiam alia vidit, sed illud maxime; Milo 21. qui illa vidimus; Marcell. 16.

b. **Dativ**: caveo: sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit; leg. agr. III, 10.

c. **mit Präpos.**: adgredior ad: non adgrediar ad illa maxima atque amplissima; Sest. 5.

dico de: „de illo nihil dixit, in quo ego interfui"; Verr. I, 103.

differo ab: quid hoc ab illo differt, ut ..? Caecin. 39.

iudico contra: ignosco, et eo magis, quod est contra illud iudicatum; Rab. Post. 20.
praefinio de: neque de illo tibi quicquam praefinio; Verr. V, 174.
respondeo ad: verum tamen ecquid mihi respondetur ad illud ..? Caecin. 86. ad illa, quae me magis moverunt, respondebo; Cael. 27.
revertor ad: sed ut revertar ad illud, quod ..; Sest. 53.
venio ad: ad illa venio, quae ..; Catil. I, 14.
2. **nach Substantiven:** alqd: si quod illorum forte dubitabitur; Sex. Rosc. 118. cui comperendinato ... quicquam illorum venisset in mentem; Verr. IV, 33.
3. **Umstand:** ex: ut doleremus quicquam esse ex illis reliqui ||reliquiis|| quod videre possemus; Phil. II, 73.
in: in illo reprehenditur, quod ... remiserit; Verr. III, 82. in illo, nisi res manifesta erit ita adlata, ut responderi nihil possit, vicimus; ib. 145. ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum tum vero in illo; Muren. 26.
D. **Lücken:** ut mihi renovatus ille tuus in to* ..; Vatin. 4. ut non timeret illa ..; Scaur. c. 1. § 2. utrum illa quo ea pecunia ** sit an nunc de ea? Rab. Post. 38.

illic, dort, da: adsideo: utinam etiam L. Lucullus illic adsideret; | ille desideret — ille viveret||; prov. cons. 22
convenio: quanta illic ||illuc multitudo ... convenisse dicebatur; Verr. II, 160.
est: qui illic eius modi est, ut eum pueri sectentur; Verr. IV, 148.
expono: atque illic continuo ... omnia ... exponit; Cluent. 88.
gero me: nam ut te illic gesseris, non audeo dicere; Fr. B, VIII, 8. 19, a.
offendo: ut existimemus illum ... pluris illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse; Cluent. 171.
persequor: hunc aestuantem ... indicio illic ||ille|| persequitur; Flacc. 47.
relinquo: *scilicet relicta illic uxore ipse fuga sibi consuluit;* Scaur. c. 2. § 7. f. offendo.

illim, von dort, von dort her: abicio: omnem se amorem abiecisse illim ||illinc, illic, illi|| atque in hanc transfudisse; Phil. II, 77.
emergo: si enim illim emerserit; Phil. IV, 12.
fugio: post ... fugit illim Romaeque recenti adventu suo cum propinquis suis decidit; har. resp. 42.
nascor: omnes illim praestigiae, illim, inquam omnes fallaciae, omnia denique ab eis mimorum argumenta nata sunt; Rab. Post. 35.
tollo: sic ille adfectus illim ||illinc|| tum pro mortuo sublatus perbrevi postea est mortuus; Verr. V, 142.

illinc, von dort, auf jener Seite: abeo: quia te illinc abisse constabat; dom. 8. quem ad modum illinc abieris vel potius paene non abieris scimus; Phil. II, 100.
aufero: non dicam illinc hoc signum ablatum esse et illud; Verr. I, 53.
decedo: nam postea quam illinc M'. Aquilius decessit; Verr. V, 7. decessit illinc Pompei indicio probatissimus; Cael. 73.
discedo: postea quam illinc discessi; Verr. II, 161. cum praesertim te iam illinc discessisse constaret; dom. 7.
exeo: quem omnino vivum illinc ... exire non oportuerat; Muren. 51.
exporto: permulta multis navibus illinc exportata; Verr. IV, 150.
profugio: quod si illinc inanis profugisses; Verr. I, 37.
pugno: profecto intellegetis illinc ab initio cupiditatem pugnasse, ... hinc veritatem ... restitisse; Quinct. 79. ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc, libido; Catil. II, 25.
surgo: o modestum ordinem, quod illinc vivus surrexerit! Verr. I, 124.
tollo: quas iste tabulas illinc, quae signa sustulit! Verr. I, 50.

illo, dorthin: accedo: si illo accessisset; Caecin. 46.
adveho: nam illo non saxum non materies ulla advecta est; Verr. I, 147.

illuc, dorthin: confugio: illuc confugies; Verr. III, 191.
defero: illuc opes suas deferre et imperii nomen transferre cogitant; leg. agr. I, 18.
eo: cum illuc irent; Verr. IV, 108. cum in convivio comiter et iucunde fuisses, tum illuc isti, ut dixeras; Deiot. 19.
fero: iam ista serpens ... tum se emergit et fertur illuc; har. resp. 55.
flecto: f. torqueo.
pertineo: summa illuc pertinet, ut sciatis ..; Verr. V, 25.
revertor: ut illuc revertar; Cluent. 112. illuc revertor; Sest. 112.
tergiversor: Fannium invitum et huc atque illuc tergiversantem testimonium contra se dicere cogo; Qu. Rosc. 37.
torqueo: versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere; Cael. 13.
transfero: f. defero.
voco: qua re si quis illuc me vocat, venio; Flacc. 97. senatum illuc vocante Metello consule; dom. 11.

imago, Bild, Abbild, Ahnenbild: I. **Subject:** commovent: si nostrae imagines viriles non commovebant; Cael. 34.
delectat: *te* delectat amplissimus civitatis gradus, sella curulis, ... denique imago ipsa ad posteritatis memoriam prodita; Rab. Post. 16.
est: sit apud alios imago P. Africani; Verr. IV, 81. in quibus (tabulis) erant imagines Siciliae regum; ib. 123. nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur; leg. agr. II, 100. „est vero" inquam „notum quidem signum, imago avi tui"; Catil. III, 10. si denique imaginem iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset; Sest. 30. in quibus (testibus) docebo non modo nullam fidem et auctoritatem, sed ne speciem quidem esse aut imaginem testium; Scaur. 38.
II. **nach Verben:** 1. adfero: numquam profecto istam imaginem ... in rostra atque in contionem attulisses; Rabir. 25.
aperio: aperientur maiorum imagines; Sulla 88.
cerno: in qua (libertatis memoria) Bruti imago cerni videbatur; Phil. X, 8. imaginem M. Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis; ib. XI, 6.
conloco: quod imagines patris et fratris sui fratrisque filiam ... in carcere conlocatam audire maluit quam videre; Vatin. 28.
consequor: qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt; leg. agr. II, 1.
deformo: f. video; Muren. 88.
explico: explicate descriptionem imaginemque tabularum; Verr. II, 190.
exprimo: f. relinquo; Arch. 14. video; Sex. Rosc. 47.
fingo: fingite igitur cogitatione imaginem huius condicionis meae; Milo 79.
habeo: Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus est; Rabir. 24.
intueor: unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri; Sest. 19.

invenio: itaque mihi mirum videtur unde hanc tu, Labiene, imaginem ... inveneris; Rabir. 25.

orno: ut Capua, in qua ipsa tum imaginis ornandae causa IIviratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur; Sest. 19.

prodo: s. I. delectat. III ius.

relinquo: si ... imaginem rei publicae nullam reliquissent; leg. agr. II, 88. quam multas nobis imagines ... fortissimorum virorum expressas scriptores ... reliquerunt! Arch. 14. an statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt ..? ib. 30. imago nulla liberae civitatis relinquetur; Phil. V, 11.

video: ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem [nostram] vitae cotidianae videremus; Sex. Rosc. 47. ut eam imaginem clarissimi viri ... eandem deformatam ... videat? Muren. 88. umbram equitis Romani et imaginem videtis; Rab. Post. 41. quorum uterque L. Bruti imaginem cotidie videret, alter etiam Ahalae; Phil. II, 26.

violo: hanc deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis ..? dom. 112.

2. respondeo: quaeris etiam, Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo; Planc. 51.

3. spolio: tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa ... canibus dilaniandum reliquisti; Milo 33.

4. adripio ex: qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus adripuit; Sest. 69.

deligo ex: hoc enim sibi Staienus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat; Cluent. 72.

invenio ex: ex domesticis imaginibus invenies; Sulla 26.

profundo in: id (odium) in eius imaginem ac simulacrum profuderunt; Piso 93.

video in: quam (barbulam) in statuis antiquis atque imaginibus videmus; Cael. 33.

III. **nach Substantiven**: commendatio: obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil praeter colorem; Piso 1.

ius: ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae ||prodendam||; Verr. V, 36.

IV. **Umstand**: 1. duci: qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur; Planc. 18.

honestare: qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem eius honestaret ..; Rabir. 24.

2. sine: ut sine imaginibus, sine cantu atque ludis, sine funere ... ambureretur abiectus; Milo 86.

imbecillitas, Schwäche, Schwächlichkeit, Krankheit: I. tenet: quae autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut ..? dom. 105.

II, 1. aucupor: cur epistulis et sororis et matris imbecillitatem aucupantur? Flacc. 92.

confirmo: cuius (A. Hirtii) imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit; Phil. XIV, 4.

2. insum in: neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat; Milo 84.

III. alqs: quid igitur profectus est ..? at qua imbecillitate! qua macie! Phil. VII, 12.

imbecillus, hinfällig, schwach: A. consilium: mulierem imbecilli consilii ... pellexit Decianus ad sese; Flacc. 72.

invidia: sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet; Cluent. 5.

senex: si gladium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis; Sest. 24.

B, I. **masc.**: comprehendo, consequor: cur tot viri ac tales hunc et unum et tam imbecillum ... non aut stantem comprehenderint aut fugientem consecuti sint; Cael. 67.

supero: an timebant, ne tot unum, valentes imbecillum ... superare non possent? Cael. 66.

II. **neutr.**: est: metui vero et in odio esse invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum; Phil. I, 33.

imber, Regen: I. est: erat hiems summa, ... imber maximus; Verr. IV, 86.

II. vis: ut ... ferre posse tantam vim tempestatis, imbris ac ||[ac]|| turbinum mirum videretur; Phil. V, 8.

III, 1. corrumpi: imbri frumentum corrumpi in area patiebatur; Verr. III, 36.

ferri: en causam |haec causa| cur lex tam egregia ... maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina et tonitrua ferretur; Phil. V, 15.

2. causa: cui (tecto) ||quo — qui|| imbris vitandi causa succederet; dom. 116.

in: cum esset vinctus in aëre, in imbri, in frigore; Verr. IV, 87.

imberbis, unbärtig: quos ... aut imberbis aut bene barbatos videtis; Catil. II, 22.

imberbus, unbärtig: adulescentulus: quae maior calumnia est quam venire imberbum adulescentulum, bene valentem ac maritum; dom. 37.

iuventus: imberba iuventute; leg. agr. I, fr. 2.

imbibo, annehmen, fassen: opinionem: nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset; Verr. a. pr. 42.

spem: quod si facere nolit atque imbiberit *spem posse se* eius modi rationibus illum ad suas condiciones perducere; Quinct. 27. sed tamen imbibit ||inibet, inhibet, habet in|| illis legibus spem non nullam; leg. agr. III, 6.

imbuo, befeuchten, benetzen, beflecken; heranbilden, einweihen: alqm: ad quam (legem) non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus; Milo 10. quae cruentata antea caede ... silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, postea quam latronis et parricidae sanguine imbuta est; ib. 18. Milonem, nullo scelere imbutum, ... revertisse; ib. 61. quibus ille studiis ab ineunte aetate se imbuerat; Deiot. 28. hac ille crudelitate imbutus ... cui tandem nostrum aut cui omnino bono pepercisset? Phil. III, 4. nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus, ut ..; ib. X, 20.

bellum: qui ... omni imbutum odio bellum intulistis; dom. 60.

gladium: cum autem semel gladium scelere imbuisset ..; Phil. V, 20. imbuti gladii sunt ... vel madefacti potius duobus duorum consulum, tertio Caesaris proelio; ib. XIV, 6.

imitatio, Nachahmung: I, 1. prodo: ne periculosam imitationem exempli [reliquis] in posterum proderetis; Flacc. 24.

2. excito ad: vosque, adulescentes, ... ad maiorum vestrorum imitationem excitabo; Sest. 136.

II. dignus: uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent; Phil. XIV, 17.

imitator, Nachahmer: 1. sum: ut sciamus utrum veterum facinorum sis imitator an inventor novorum; Vatin. 22.

abl. abs.: nec fas esse ducebam versari me in nostro vetere curriculo illo aemulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum; Marcell. 2.

2. Ausruf: o civem natum rei publicae, memorem sui nominis imitatoremque maiorum! Phil. III, 8.

imitor, nachahmen: I. **absolut**: 1. **substantivisch**: domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum; Muren. 66. ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi; ib. 66. quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum ... scriptores ... reliquerunt! Arch. 14. quod cum ipsum factum per se praeclarum est atque divinum, tum expositum ad imitandum est; Phil. II, 114. simul

enim et rei publicae consules et propones illi exempla ad imitandum; ib. X, 5.

2. **verbal:** neque enim iam deerunt qui imitari velint; dom. 120. cum idem supplicium minatur optimis civibus, quod ego de sceleratissimis ac pessimis sumpserim, laudare videtur, quasi imitari velit; Phil. III, 18.

II. **mit Object:** alqm: nisi forte quod praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit; Qu. Rosc. 20. imitatus esses ipsum illum Vaconium; Verr. I, 107. tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarere; ib. III, 41. at te videlicet inventorem rerum optimarum ac principem imitabuntur omnes; ib. 41. si te ulla in re imitatus esset; ib. 44. non poterant tamen, cum cuperent, imitari Apronium; ib. 78. se in re improbissima voluisse M. Antonium imitari; ib. 213. qua re imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas ..; Sest. 143. ac neque illius Crassi factum ... M'. Aquilius potuit imitari, *sed* ..; Scaur. c. 3. § 2. alterum Crassum ... num aut clarissimi viri Iulii aut ... M. Antonius potuit imitari? ib. 2. si quidem non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio aut Maximum filius, sed etiam in devotione vitae et in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius; Rab. Post. 2. imitare me, quem tu semper laudasti; Phil. XI, 23. o nos turpis, si quidem Cn. Pompeium imitati sumus! ib. XIII, 34.

alqd: quod cum imitatus esset; Verr. III, 160. haec imitamini, per deos immortalis! Sest. 102.

bellum: utrum aditum facilem hostibus an contagionem imitandi belli periculosam fuisse? Verr. V, 6.

consulatum: avorum et avunculi sui consulatum si imitaretur; Phil. I, 27.

continentiam: f. industriam; Cael. 72.

disciplinam: f. mores.

factum: credidit Quinctius eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum; Quinct. 16. et eius unum improbissimum factum quod imitarere! Verr. III, 213. te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere; Phil. II, 1.

fratrem: ipse autem se, ut fratrem imitetur, obruit vino; Phil. III, 31.

homines: ut imitetur [ut] || homines eos, quos ..; div. Caec. 25.

improbitatem: qui ... suam significaret imitandae improbitatis voluntatem; Rabir. 24.

industriam: quorum (maiorum natu) imitari industriam continentiamque maxime velit; Cael. 72. huius industriam maxime quidem vellem ut imitaremur ei, quos oportebat; Phil. VIII, 31.

legionem: quam (legionem Martiam) est imitata quarta legio; Phil. V, 23. hanc (legionem Martiam) imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est; ib. XIV, 31.

mores: imitari, Castor, potius avi mores disciplinamque debebas quam ... dicere; Deiot. 28.

orationem: qui orationem bonorum imitaretur; Quinct. 16.

severitatem: cuius priscam illam severitatem [sacrificii] mirifice tua soror existimatur imitata; har. resp. 27.

veritatem: ut haec simulata adeptio || aditio — adoptio || filii quam maxime veritatem illam ... imitata esse videatur; dom. 36.

virtutem: hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini; Verr. IV, 96. huius legionis virtutem imitata quarta legio ... C. Caesaris auctoritatem atque exercitum persecuta est; Phil. III, 7. huius [Martiae] legionis legio quarta imitata virtutem ... C. Caesaris exercitum persecuta est; ib. IV, 6.

immanis, schrecklich, fürchterlich, wild, ungeheuer, unermeßlich: alqs: quam denique tam immanem Charybdim poëtae fingendo exprimere potuerunt, quae ..? har. resp. 59. quis tam barbarus umquam? tam immanis? tam ferus? Phil. XIII, 21. qua enim in urbe tam immanis Hannibal capta quam in Parma surrepta Antonius? ib. XIV, 9.

alqd: quid illis terris asperius, quid incultius oppidis, quid nationibus immanius? prov. cons. 29. quod fuit ullorum umquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? Planc 71. nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum quam committere ut ..; ib. 81. quid illa taetrius belua? quid immanius? Phil. X, 22.

audacia: videbam ... audaciam tam immanem adulescentis furentis ... non posse arceri otii finibus; har. resp. 4. o audaciam immanem! Phil. II, 68. in illis ... libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia; ib. XIII, 10.

barbari: externi isti mores ... aut levium Graecorum aut immanium barbarorum; Ligar. 11.

barbaria: sed multis et firmis praesidiis vobis adiutoribus isti immani atque intolerandae barbariae resistemus; Font. 44.

belua: sed quid ego hospitii iura in hac immani belua commemoro? Verr. V, 109. cum homine enim crudeli nobis res est an cum fera atque immani belua? ib. beluae quaedam illae ex portentis immanes ac ferae ... exstiterunt; Sulla 76. cum vero etiam litteris studere incipit et belua immanis cum Graeculis philosophari; sen. 14. hanc taetram immanemque beluam, vinctam auspiciis ... solvit subito lege curiata | legum curiata || consul; Sest. 16. si beluae tam immani tamque taetrae possunt ulli esse amici; prov. cons. 15. non est vobis res, Quirites, || Quirites res || cum scelerato homine atque nefario, sed cum immani belua; Phil IV, 12. quibus enim saeptis tam immanis beluas continebimus || continebitis || ? ib. XIII, 5.

bestia: ne bestiis quoque ... immanioribus uteremur; Sex. Rosc. 71. omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant; Cluent. 41. bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; Arch. 19.

canes: quod multo se pluribus et immanioribus canibus succinxerat; Verr. V, 146.

civitas: ecqua civitas est ... aut tam libera aut etiam tam immanis ac barbara ..? Verr. IV, 25.

conlega: quae (cetera) sunt ei cum conlega immani impuroque coniuncta atque communia; Sest. 29.

consuetudo: quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Font. 31.

crudelitas: quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius; Phil. VII, 27. qui (Caesar) primus Antonii immanem et foedam crudelitatem ... avertit; ib. XIV, 25.

divitiae: quantae et quam immanes divitiae xviris ... quaerantur videtis; leg. agr. II, 62.

facinus: si tantum facinus, tam immane ... crediturí sunt; Sex. Rosc. 68. Dolabellae ferum et immane facinus, quod nulla barbaria posset agnoscere, id suo consilio factum esse testatur; Phil. XIV, 8

gens: neque enim ulla gens tam barbara aut tam immanis umquam fuit in qua ..; Sulla 76. ceterae partes a gentibus aut inimicis ... aut || at || certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur; prov. cons. 33. cuius (C. Caesaris) ego imperium ... Germanorum immanissimis gentibus obicio et oppono; Piso 81.

hostis: et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, tamen ... violare noluit; Verr. II, 51.

impetus: cum ... copias fudit Syriamque immani Parthorum impetu liberavit; Phil. XI, 35.

iniuria: non erat in tam immani iniuria tantisque ruinis novae crudelitati locus; dom. 64.

libidines: cernitis crudelitate mixtas libidines videtis immanis; Scaur. 13.

monstrum: tune etiam, immanissimum ac foedissimum monstrum, ausus es meum discessum ... *in* maledicti et contumeliae loco ponere? Piso 31.
mutatio: confer cum hac immani mutatione || cum hac immani nundinatione — cum hac nundinatione || tua tuorumque; Phil. II, 115.
nationes: videte igitur utrum sit aequius ... civem optimum dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus an reddi amicis; Font. 41.
natura: ostendere et mores feros immanemque naturam et ..; Sex. Rosc. 38. quae tam fera immanisque natura (est)? ib. 146. poenam istius immanis atque importuna natura desiderat; Verr. I, 8. erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus; Cluent. 44.
pecunia: et illa fuit pecunia immanis, haec parvola; Qu. Rosc. 23.
pestis: illa pestis immanis, importuna || [illa pestis immanis] manus importuna || [Catilinae] prorumpet | perrumpet |; Muren. 85. f. bestia; Cluent. 41.
pocula: si inter cenam in ipsis || atque in ipsis | tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset; Phil. II, 63.
praeda: qua (via) ad istius ingentem immanemque praedam possim pervenire; Verr. III, 110.
praedo: si nemo umquam praedo tam barbarus atque immanis fuit qui ..; dom. 140.
quaestus: quid? illi immanes quaestus ferendine, quos ..? Phil. V, 11.
scelus: quod tam infestum scelus et immane aut unde natum esse dicamus? Cluent. 188. ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini; Catil. IV, 13.
terror: hi contra vagantur ... cum quibusdam minis et barbaro atque immani terrore verborum; Font. 33.
verres: aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem ... referri oportere; Verr. IV, 95.
versus: ipse enim mansuetus, versus immanis; Deiot. 25.
vita: atque inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ..; Sest. 92.

immanitas, ungeheure Größe, Unmenschlichkeit, Wildheit, Rohheit: I. edit: quod (scelus) in me illorum immanitas edidit; Sest. 58.
exoritur: nova quaedam illa immanitas exorta est; Sulla 75.
exsistit: ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur; Catil. I, 14.
inest: perspeximus enim quanta in eis ... inesset immanitas; Phil. XI, 1.
nititur: nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus niteretur; Cael. 14.
versatur: iamne intellegitis, iudices, quae pestis, quae immanitas in ... provincia versata sit? Verr. III, 64. f. V, 2. ex.
II, 1. cerno: genus infinitum immanitatemque ipsi cernitis reliquorum; Phil. XIII, 2.
praedico: statim *** nondum commemoro rapinas, ... non perfidiam, non immanitatem, non scelera praedico; Piso 38.
punio: f. V. in.
tempero: cuius acerbitas morum immanitasque naturae ne vino quidem permixta temperari solet; Phil. XII, 26.
2. pateo: nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset ..; prov. cons. 34.
3. audio de: neque umquam illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut ..; Cluent. 12.
servo ad: eorum populorum civis ... ad C. Verris nefariam immanitatem et ad eius funestam securem esse servatos? Verr. V, 123.
versor in: inter feras satius est aetatem degere quam in hac tanta immanitate versari; Sex. Rosc. 150.
III. praeditus: nisi vero .. vis ... me inhumanum existimari, me singulari immanitate et crudelitate praeditum; Sulla 7.
IV. defensio: meum enim crimen avaritiae te nimiae coarguit; tua defensio furoris cuiusdam et immanitatis et inauditae crudelitatis ..; Verr. V, 153.
V, 1. barbarus: domuisti gentis immanitate barbaras; Marcell. 8.
inquinare: ut huius urbis iura et exempla corrumperes domesticaque immanitate nostrae civitatis humanitatem inquinares? Deiot. 32.
taeter: quamquam es | sis | omni diritate atque immanitate taeterrimus; Vatin. 9.
vincere: qui tantum immanitate bestias vicerit; Sex. Rosc. 62.
2. cum: dubitaret, credo, homo amentissimus ... non solum cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariae bellum inferre nobis; Phil. V, 37.
ex: versabatur in Sicilia ... quoddam novum monstrum ex vetere illa immanitate, quae in isdem locis versata esse dicitur; Verr. V, 145.
in: quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Catil. IV, 11.

immaturitas, Unzeitigkeit: quid haec immaturitas tanta significat? Quinct. 82.

immaturus, unzeitig: mors: nam neque turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti; Catil. IV, 3. etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari ..; Phil. II, 119.

immemor, uneingedenk: alqs: adeo immemor rerum a me gestarum esse videor, ut ..? Sulla 83. „o ingratifici Argivi, immunes Grai, immemores benefici!" Sest. 122. atque .. nemo erit tam crudeli animo .. nec tam immemor non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me; Planc. 102. quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset; Phil. II, 27. ac Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis, ... ut ..; ib. XI, 8. vos autem, patres conscripti, non tam immemores vestrorum gravissimorum decretorum videbamini, quam ..; ib. XII, 2.
civis: etenim quis est civis ... tam immemor patriae ..? Phil. VI, 18.
homines: convenerunt conrogati et quidem ampli quidam homines, sed immemores dignitatis suae; Phil. III, 20.
populus: f. senatus.
posteritas: quae vero tam immemor posteritas, quae tam ingratae litterae reperientur, quae ..? Phil. II, 33. huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum umquam immemorem fore; ib. 54.
senatus: senatum populumque Romanum eorum officii non immemorem futurum; Phil. XI, 31.

immensus, unermeßlich, unendlich: alqd: immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus; sen. 2.
curriculum: etenim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura circumscripsit, immensum gloriae; Rabir. 30.
genus: ut iam ipsis iudicibus ... coniecturam facere permittam, quod hoc genus praedandi ... quam indignum quamque ad magnitudinem quaestus immensum infinitumque esse videatur; Verr. V, 22.
lucrum: deinde immensum atque infinitum lucrum esse factum; Verr. III, 149.
mare: iam diu mare videmus illud immensum; prov. cons. 31. si campus atque illae undae comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt; Planc. 15.

oratio: de sumptibus immensa oratio est; Cael. 29.
quaestus: cognoscite nunc alios immensos atque intolerabilis quaestus; leg. agr. II, 63.
vorago: qui ... immensa aliqua vorago est et gurges vitiorum turpitudinumque omnium; Verr. III, 23.

immergo, eintauchen: qui ut se blanditiis ... in Asuvii consuetudinem penitus immersit; Cluent. 36.

immigro, hineinziehen: **alqs**: nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit; Phil. XIII, 34.
di: deos immortalis existimatis ... in eius domum adflictam et eversam ... immigrare voluisse? dom. 107. di immortales ... ex suis templis in eius aedis immigrare nolebant; ib. 141.

immineo, hervorragen, bedrohen, bevorstehen, streben: **alqs**: sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliae partibus imminebat; Verr. V, 145. deleta Karthago est, quod ... imminere [ita] fructuosissimis insulis || in fructuosissimas insulas || ... videbatur; leg. agr. II, 87. qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem; dom. 47. cum praepotens terra marique Karthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret; Balb. 34. qui in vestras fortunas imminent; Phil. VII, 21. ei, qui nostris bonis imminent ..; ib. VIII, 9.
alqd: qui .. ea quae imminent non videant; Catil. I, 30.
avaritia: nam ipsum Verrem tantum avaritia semper hiante atque imminente fuisse; Verr. II, 134.
caterva: caterva tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens contionata est; Sest. 118.
furor: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis; dom. 25.
homo: sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat; dom. 14.
hostis: Hirtius ipse ... hostis .. nefarios ... nostrae vitae sanguinique imminentis prostravit, fudit ..; Phil. XIV, 27.
mendicitas: huius mendicitas aviditate coniuncta in fortunas nostras imminebat; Phil. V, 20.
multitudo: quae (multitudo) P. Clodio duce fortunis vestris imminebat; Milo 95.
reges: imminent duo reges toti Asiae; imp. Pomp. 12.

imminuo, vermindern, verringern, schmälern, vernichten: **alqd**: quod nemo imminuit ..., id totum eripere ... conatus est; leg. agr. II, 19. quod imminuere lege conatur; ib. 53. maiores nostri non solum id, quod de Campanis ceperant, non imminuerunt ..; ib. 81.
auctoritatem: s. existimationem.
auxilia: quin etiam si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset, tamen auxilia posteritatis essent imminuta; Planc. 90.
bellum: quod bellum exspectatione eius attenuatum atque imminutum est; imp. Pomp. 30.
cupiditatem: an vos acerrimam illam .. cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Phil. XII, 7.
curam: „numquam istam imminuam curam infitiando tibi;" Piso 82.
existimationem: in quo ... existimatio atque auctoritas nominis populi Romani imminuta (est); Verr. IV, 60.
gloriam: quod si his damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam; dom. 86. vereor ne imminuam summorum virorum gloriam; Phil. II, 86.
honorem: tu quod || tu quid || ego privatim negotii geram interpretabere imminuendo honore senatorio? Verr. IV, 25.
imperium: imperium ... sic diligant, ut id imminui aut commutari minime velint; Verr. V, 8.
iudicium: nullum iudicium de se senatus imminutum putat; Deiot. 36.
ius: quod (ius) non eius scelus atque perfidia violarit et imminuerit; Sex. Rosc. 109. cur imminuisti ius legationis? Verr. I, 84. quod per te imperii ius ... imminutum est; ib. IV, 20.
libertatem: sed dolorem imminutae libertatis iudicio poenaque mitigat; Caecin. 35. illi libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt; imp. Pomp. 11.
summas: ne illi quidem esse licitum ... a populo factarum quaesitarumque rerum summas imminuere; Verr. III, 81.
virtus: dolor accessit bonis viris, virtus non est imminuta; Fr. B, XIII, VIII.

immitto, hineinschicken, hineinlassen, hineinwerfen, hineinstürzen: **alqm**: qui se armatus in hostium manum multitudinemque immiserit; Font. 48. ut in eos se potius immitteret quam in vestras possessiones; Milo 76.— scilicet tu, praetor, in mea bona quos voles immittes; Verr. I, 142. quos tamquam canis immitteret; ib. III, 84. Segestam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur; ib. 92. Theomnastus Syracusanus in agrum Mutycensem cur abs te immissus est? ib. 101. ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur; Catil. I, 27. ut iam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui ... trucidaret, obliviscerer; Sulla 18.
canis: immittebantur illi continuo Cibyratici canes; Verr. IV, 47. f. alqm; Verr. III, 84.
examina: videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum ..? har. resp. 25.
exercitum: nisi eum, inquam, exercitum signis infestis in curiam se immissurum minitaretur; har. resp. 47.
gladiatorem: gladiatores novicios ... cum sicariis e carcere emissis ante lucem immittas? Sest. 78. hunc vos scitote Licinium gladiatorem iam immisisse † capillum Catilinae iudic..; Fr. B, VIII, 22.
homines: immittentur homines; Verr. I, 78.
impetus: tu illos impetus perditorum hominum ... in nostras domos immisisti; Phil. II, 91.
latrocinium: cum in eius regnum, bona, fortunas latrocinium || patrocinium, patrimonium, vim || huius imperii immisisses; dom. 20.
servitium: quid magis inquinatum ... dici potest quam omne servitium ... in alteram scaenam immissum, alteri praepositum ..? har. resp. 25.
servos: eone tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es ..? Verr. IV, 101. tu in alteram (caveam) servos immisisti; har. resp. 26.
tela: quae (tela) ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt; dom. 39.
vim: vis enim innumerabilis ... in scenam signo dato immissa inrupit; har. resp. 22.

immo, im Gegentheil, ja, allerdings, fürwahr, nein, nein vielmehr, keineswegs: A. **allein**: I. **bei Verben**: **absum**: ubi fuit Sulla, Corneli? num Romae? immo longe afuit; Sulla 53.
accipio: possumus ... deponere? „immo" inquit „abs te satis accipiam"; Quinct. 45.
augeo: „minuis" inquit „gloriam Pompei". immo tu auges molestiam; Flacc. 29.
contundo: s. obtero.
defendo: „non debes tu quemquam ... defendere". immo nemo magis eum ... quam is, qui ..; Sulla 48.
insanio: insanivit Apronius? immo tum insanisset ..; Verr. III, 113.
insector: bene dixit? immo quem fortem et bonum civem non petulantissime est insectatus? Sest. 110.
insisto: „nihil omnino gratiae concesseris". || „nihil gratiae concesseris" — omnia immo gra-

tiae confeceris — nihil gratiae causa feceris — nihil gratiae causa cesseris||. immo insistito || immo resistito gratiae||; Muren. 65.

laedo: non hi omnes ... defuerunt? immo, etiam testimonio plerique laeserunt; Sulla 7.

laudo: ei nihil in Gabinium dixerunt; immo [ei] Gabinium laudaverunt; Rab. Post. 31.

obtero: immo, ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiamque eius obtrivit ac contudit; Caecin. 18.

praecipio: „immo", inquit ... mulier ingeniosa praecepit suis ..; Cael. 62.

versor: debebat? immo in suis nummis versabatur; Qu. Rosc. 22.

videor: quaeris num disertus sit? immo ... ne sibi quidem videtur; Planc. 62.

II. **bei Adjectiven und Adverbien:** alienus; al.: venit ad Cluvium. quem hominem? levem? immo gravissimum. mobilem? immo constantissimum. familiarem? immo alienissimum; Qu. Rosc. 49.

ingenuus: ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi; Piso fr. 2.

iustus: immo aliae causae iustae, haec necessaria est; Phil. VIII, 12.

liber: f. ingenuus.

locuples: egebat? immo locuples erat; Qu. Rosc. 22.

diligenter: non conficit tabulas? „immo diligentissime"; Qu. Rosc. 4.

ibidem: siqui Romae esset demortuus? immo, si quis ibidem; Verr. IV, 9.

libere: „asperius" inquit „locutus est aliquid aliquando". immo fortasse liberius; Planc. 33.

vehementer: acceptam iniuriam persequi non placet? immo vehementer placet; Muren. 44.

III. **bei Substantiven und Pronomia:** caput: at iste ordo lege ea non tenetur. „immo illo" inquit capite ..; Rab. Post. 12.

hora: die dico? immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est; Sest. 53.

servitus: immo servitus est non dicere in quem velis et non defendere quem velis; Sulla 48.

Sicilia: huic ego iam stomachans fastidiose: „immo ex Sicilia", inquam; Planc. 65.

summa: non refert parva nomina in codices? „immo omnis summas"; Qu. Rosc. 4.

aliquid: „nihil ignoveris". immo aliquid, non omnia; Muren. 65.

idem: non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud; Cluent. 80.

meus: „fundus Sabinus meus est": „immo meus"; Muren. 26.

B. **mit andern Partikeln:** etiam: f. **etiam,** II, 4. immo (5 St.) S. 238, b.

hercule: immo me hercule, habeo tibi gratiam; Piso 74.

vero: num quid est aliud? „immo vero" inquit est ..; Sex. Rosc. 52. immo vero, ut quisque me viderat, narrabat; Verr. a. pr. 19. immo vero adsit, respondeat; ib. I, 3. circumsessus es. a quibus? ... immo vero ab hominibus ... lenissimis; ib. 81. damnatus? immo vero in quem iudicium ... postulatum sit; ib. III, 29. immo vero contra rapiebat et asportabat; ib. satisne vobis praetori improbo circumdati cancelli videntur in sua provincia, immo vero in sella ac tribunali? ib. 135. sed quid dico nuper? || et quid dico nuper || immo vero modo ac plane paulo ante vidimus; ib. IV, 6. hoc nos dicimus? immo vero ipse praesens; ib. 92. hoc solum auditione expetere coepit, cum id ipse non vidisset? immo vero alia compluria || complura ||; ib. 102. extra ordinemne pecunia est data? immo vero nummus nullus sine litteris multis commotus est; Font. 4. isti homines Latine non loquuntur? immo vero tantum loquuntur quantum ..; Caecin. 56. immo vero ante hoc tempus omnino ista ipsa res ... in iudicium numquam est vocata; Cluent. 88. immo vero etiam hoc magis ... hi ... commovebuntur; leg. agr. II, 97. vivit? immo vero etiam in senatum venit; Catil. I, 2. quod proprium (genus) Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de complexu eius ac sinu; ib. II, 22. immo vero ... genus hoc universum amantissimum est otii; ib. IV, 17. comitatum dico? immo vero quantus exercitus! Flacc. 13. at non est professus. immo vero eis tabulis professus, quae ..; Arch. 9. tacentibus dicam? immo vero etiam approbantibus ..; Sest. 55. cum ille ... rogasset Granium quid tristis esset? an quod reiectae auctiones essent? „immo vero" inquit „quod legationes"; Planc. 33. idem tribuno plebis .., cum ille ... dixisset „quid agis, Grani?" respondit „immo vero, tu Druse, quid agis?" ib. quid diceret ..? immo vero tu quid diceres? ib. 43. „an quia te non iugulavit?" immo vero quia iugulari passus non est; ib. 71. „dominatus est enim" inquit „Alexandriae". immo vero in superbissimo dominatu fuit; Rab. Post. 39. at eo repugnante fiebat, immo vero eo fiebat magis; Milo 34. sustinuit? immo vero ut contempsit ac pro nihilo putavit; ib. 64. „minime, minime;" inquit „immo vero poenas ille debitas luerit .."; ib. 104. parumne igitur, inquies, magna relinquemus? immo vero aliis quamvis multis satis, tibi uni parum; Marcell. 26. ego huic faveo, tu illi? immo vero [ego D. Bruto faveo, tu M Antonio:] ego conservari coloniam populi Romani cupio, tu expugnari studes; Phil. VIII, 17. male dicere autem? immo vero domo principem vi et metu continere; Fr. B, XV, u. 8.

immoderatio, Maßlosigkeit: cum L. Torquatus ... interdum efferatur immoderatione verborum? Sulla 30.

immoderatus, maßlos, zügellos: homo: ad has pestis opprimendas cur moleste feramus quod M. Bruti accessit exercitus? immoderati, credo, hominis et turbulenti; Phil. X, 23.

inhumanitas: quae est ista tam impotens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Deiot. 32.

libertas: itaque ... illa vetus (Graecia) ... hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia contionum; Flacc. 16.

mulier: o immoderata mulier! Cael. 53.

tempestates: etenim si Iuppiter ... saepe ventis vehementioribus aut immoderatis tempestatibus ... hominibus nocuit; Sex. Rosc. 131.

immolo, opfern: homines: quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Font. 31.

hostias: quae (hostiae) ... ad praetorem et ad tibicinem immolabantur; leg. agr. II, 93.

immortalis, unsterblich, unvergänglich: A. **bei Substantiven:** alqs: quis non arsit dolore, quem immortalem .. omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortem! Milo 16.

alqd: haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; Sest. 102.

auctoritas: horum etiam mortuorum ... vivat auctoritas immortalis; Balb. 49.

beneficium: eius devotionis me esse convictum ... beneficio divino immortalique vestro maxime laetor, Quirites; Quir. 1.

civitas: si immorta*lem* hanc civitatem *esse* voltis; Rabir. 33. quod si immortale (exemplum) retinetur, quis non intellegit immortalem hanc civitatem futuram? Sest. 50.

decreta: nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum ... decreta commemorem? dom. 75.

deus: f. **deus** (S. 85 ff.).

exemplum: quod si immortale (exemplum) retinetur, quis non intellegit, immortalem hanc civitatem futuram? Sest. 50.

fructus: quo quidem tempore cepi, patres conscripti, fructum immortalem vestri in me et amoris et iudicii; Piso 31.

gloria: neque ... minus existimemus eos ... esse immortalem gloriam consecutos; Sest. 143. ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint; Piso 63. at gloria ex his immortalis est consecutura; Fr. B, XVI, III. 5. f. memoria.

honores: qui (honores) ei pro divinis et immortalibus meritis divini immortalesque debentur; Phil. IV, 4. cum C. Caesari meritos illi quidem honores et debitos, sed tamen singularis et immortalis decrevistis; ib. VII, 10.

laus: ac de hac quidem divina atque immortali laude Bruti silebo; Phil. X, 7.

memoria: quorum (imperatorum) vivit immortalis memoria et gloria; Balb. 40.

meritum: si, patres conscripti, pro vestris immortalibus ... meritis parum vobis cumulate gratias egero ..; sen. 1. si autem militibus exquirendi sunt honores novi propter eorum divinum atque immortale meritum ..; Phil. III, 14. qui (honores) ei pro divinis et immortalibus meritis divini immortalesque debentur; ib. IV, 4.

monimentum: cum vobis immortale monimentum suis paene manibus senatus populusque Romanus exstruxerit; Phil. XIV, 33.

quaestus: uter eorum perisset, tamquam lanista, in eius modi pari lucrum fieri putabat, immortalem vero quaestum, si uterque cecidisset; Piso 27.

res: quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere; Sulla 27. quod si rerum tuarum immortalium, C. Caesar, hic exitus futurus fuit, ut ..; Marcell 26.

res publica: cum res publica immortalis esse debeat; Marcell. 22.

virtus: quem enim umquam virum tam immortali virtute vidimus? Sest. 86.

B. allein: religio: adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum coniungerem cum immortalium religione; Phil. I, 13.

immortalitas, Unsterblichkeit: I. consequitur: quod si immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam, tamen eo magis ea fugienda videretur, quo diuturnior servitus esset; Phil. X, 20.

excipit: cuius (Herculis) corpore ambusto vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicatur; Sest. 143.

videtur: ei vero ... plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est; Sest. 115.

II, 1. accipio: ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem; Planc. 90.

adipiscor: itaque ... immortalitatem quandam per vos esse adepti videmur; sen. 3.

adsequor: numquam me hercule eos mortem potius quam immortalitatem adsecutos putavi; Planc. 90.

concupisco: quo minus admirandum est eum facere illa, qui immortalitatem concupiverit ‖ concupiverat ‖; Rab. Post. 42.

consequor: ita pro mortali condicione vitae immortalitatem estis consecuti; Phil. XIV, 33.

contemno: etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror esse contemnendam; Phil. II, 114.

dono: ac mihi populus Romanus ... non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit; Piso 7.

habeo: perficite ut is, quem vos inscii ad mortem misistis, immortalitatem habeat a vobis; Phil. IX, 10.

mereor: putasne illum immortalitatem mereri voluisse, ut ..? Phil. I, 34.

2. mando: quod (id) omnes non negent ‖† negent — quod nemo neget ‖ immortalitati ... mandandum; dom. 76.

3. adfero ad: tamen ad immortalitatem gloriae plus adfert desideratum esse a suis civibus quam omnino numquam esse violatum; dom. 86.

III. amor: semper immortalitatis amore flagravit; Marcell. 27.

facta: sunt enim facta eius immortalitatis, nomen aetatis; Phil. IV, 3.

instar: unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit; Piso 52.

memoria: quae tam ingratae litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Phil. II, 33. f. religio.

religio: prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur; Milo 80.

IV. ad: quid optabilius ad immortalitatem gloriae atque in memoriam mei nominis sempiternam, quam ..? Vatin. 8.

immundus, unrein: humus erat [immunda] lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium; Fr. B, IX, 1.

immunis, frei von Abgaben, steuerfrei, undienstfertig: A. alqs: soli isto praetore omnium rerum immunes fuerunt; Verr. V, 58. cum immunis nemo fuerit; Font. 17. „o ingratifici Argivi, immunes Grai, immemores benefici!" Sest. 122.

agri: quid? qui agros immunis liberosque arant, cur oderunt? Verr. II, 166. Halicyensis ... ipsi agros immunis habent; ib. III, 91.

civitas: (sunt) quinque praeterea sine foedere immunes [civitates] ac liberae; Verr. III, 13. Segestam item ad immunem civitatem ... immittitur; ib 92. quam (civitatem) immunem esse voluerunt (maiores); ib. V, 125.

milia iugerum: duo milia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori adsignasti et quidem immunia; Phil. II, 43. possideat in agro publico campi Leontini duo milia iugerum immunia; ib. III, 22.

municipium: quod tam immune municipium (est) quod ... sit usum ..? Verr. V, 58.

populi: translatum in Centuripinos et Halaesinos, immunis populos; Verr. IV, 20.

praedia: (praedia) immunia meliore ‖ commodiore ‖ condicione sunt quam illa, quae pensitant; leg. agr. III, 9.

B. debent: quid immunes? hi certe nihil debent; Verr V, 63.

immunitas, Freiheit von Verpflichtungen, Abgabenfreiheit, Vergünstigung: I, 1. do: num immunitates datae? Phil. I, 3.

incido: decreta falsa vendebat, regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi; Phil. V, 11.

pono: in qua (calamitate) illa provincia prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitrabatur; Font. 27.

vendo: neque solum singulis venibant ‖ veniebant ‖ immunitates, sed etiam populis universis; Phil. II, 92. quam hic immunitatem, quam civitatem, quod praemium ... vendidit? ib. III, 10. vendiderit immunitates; ib. 30. immunitates ab eo civitatibus, sacerdotia, regna venierunt; ib. XII, 12.

2. dico de: scis de immunitate quid dixeris; Phil. II, 91.

II. nundinae: cuius domi quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina, agrorum, oppidorum immunitatium, vectigalium flagitiosissimae nundinae; Phil. II, 35.

tabula: ne qua post Idus Martias immunitatis tabula neve cuius benefici figeretur; Phil. II, 91.

III. tolli: immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo; Phil. I, 24.

immunitus, unwegsam: via: si via sit immunita, iubet qua velit agere immentum; Caecin. 54. si via sit in Brittiis immunita; ib.

immutabilis, unveränderlich: id qualecumque est, maneat immutabile necesse est; Scaur. 16.

immuto, verändern: alqm: quos (vos) leviter immutatos esse sentio; leg. agr. III, 2.

alqd: cum successor aliquid immutat de institutis superiorum || priorum ||; Flacc. 33.

colorem: isti color immutatus est; Verr. I, 141.

consuetudinem: cui potest esse dubium quam ob rem .. omnium consuetudinem veterem primus immutaris? Verr. V, 61.

hominem: quae (epistula) totum immutarat hominem; Verr. II, 64.

voluntatem: rursus immuto voluntatem meam; Sex. Rosc. 95. sed mentio a te facta pacis suspicionem multis attulit immutatae voluntatis; Phil. XII, 18.

impar, ungleich: ab hoc impari certamine atque iniusta contentione avocabat; Balb. 59.

imparatus, unvorbereitet, ungerüstet: A. coloniae: si oppressis municipiis et coloniis imparatis in illam ultimam Galliam penetrare potuisset; Phil. V, 37.

tribunus: inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur; Sest. 79.

B, 1. incido in: quia, quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros; Milo 55.

2. longus: quamquam enim adsunt Kalendae Ianuariae, tamen breve tempus longum est imparatis; Phil. III, 2.

impedimentum, Hinderniß, Gepäck: I, 1. excipio: itaque excipitur hac lege non adulescentia, non legitimum aliquod impedimentum; leg. agr. II, 24.

retineo: quae (civitas) C. Catonis ... impedimenta retinuit; Verr. IV, 22.

2. sum: libertati tempora sunt impedimento; Sex. Rosc. 9. impedimento est quo minus de his rebus Sulla doceatur; ib. 110. quoniam ad dicendum impedimento est aetas et pudor ..; ib. 149. potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento; Caecin. 48. deinde praetores urbani ... numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt; Cluent. 121. qui .. non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat; Rabir. 21. non enim credo religionem et Iudaeorum et hostium impedimento praestantissimo imperatori, sed pudorem fuisse; Flacc. 68. ut ... denuntiaris tuis actionibus augurum responsa atque eius conlegii adrogantiam impedimento non futura? Vatin. 14. ut ... hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius || totius || quam impedimento esse malitis; Balb. 19.

3. comparo cum: age nunc iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate; Milo 55.

II. Umstand: ob viam fit ei Clodius, expeditus, ... nullis impedimentis; Milo 28.

impedio, impeditus, verwickeln, behindern, abhalten, verhindern: I. **absolut:** a. **substantivisch:** duo soli erant empti ad impediendum, qui ..; Sest. 87.

b. **persönlich:** alqs: palam iam cum hoste nullo impediente bellum [iustum] geremus; Catil. II, 1.

religio: impediebat enim religio; Flacc. 10. etiam si religio non impediret; Piso 50.

studia: haec studia ... delectant domi, non impediunt foris; Arch. 16.

tempus: quod ... tempus anni non impedit; Verr. V, 29.

II. **mit Object:** alqm: eloquentia Q. Hortensii ne me dicendo impediat non nihil commoveor; Quinct. 1. abest (M. Iunius) nova legatione impeditus; ib. 3. nempe, si te nihil impediret ..; ib. 82. qui non tam me impediunt ... quam adiuvant; Verr. a. pr. 15. sin illud dicis, ... ipse te impedies; ib. II, 44. cum ... a quattuor quaestoribus impedirentur; ib. 156. Lollius, aetate et morbo impeditus; ib. III, 63. verum amicitia impeditur: ib. 122. cum ille se et religione Iovis Capitolini et hominum existimatione impediri diceret; ib. IV, 66. sin istius amicitia te impedit; ib. 81. has tabulas M. Marcellus ... tamen religione impeditus non attigit; ib. 122. si te impediebat ista conviviorum mulierumque occupatio; ib. V, 83. cum maioribus rei publicae negotiis M. Fonteius impediretur; Font. 18. quid tandem te impedit? Catil. I, 28. qui et [ab delectatione omni] negotiis impedimur ..; Muren. 39. hunc iam qui impedituri sunt || qui impedituri sint, iam parati sunt ||; ib. 85. ut nullius amicitia ad pericula propulsanda impediremur; Sulla 49. cum variis rationibus impediretur; Quir. 12. non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri; dom. 70. nam impediebantur, verum ea lege, quam ..; ib. 70. cum eum multi propter invidiam fictis religionibus impedirent; ib. 139. sed si ... in me impetum impeditus facere conabitur; har. resp. 7. qui neque nocentes sunt ... nec malis domesticis impediti; Sest. 97. amores autem et hae deliciae ... numquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt; Cael. 44. sibi non fuisse dubium quin nullo foedere || non nullo foedere || a re publica bene gerenda impediretur; Balb. 47. tu consul es renuntiatus ... impeditis rei publicae temporibus; Piso 3. cum vos quamquam foedere obstricti tenebamini, tamen cupere vos diceretis, sed lege impediri? ib. 29. religionibus enim susceptis impeditur; ib. 58. tamen est mihi considerandum quantum illi tantis rei publicae negotiis tantoque bello impedito ego homo amicissimus sollicitudinis atque oneris imponam; ib. 82. cum stultitia sua impeditus sit; Rab. Post. 24. quid minus promptum ad pugnam, cum paenula inretitus, raeda impeditus, uxore paene constrictus esset? Milo 54. cum ipse non adesset, morbo etiam impediretur; Ligar. 21. aliam sententiam dicturum fuisse *se* ... nisi propinquitate impediretur; Phil. VIII, 2. an || at || nos conantis servitutis vincla rumpere impediet, si quis veteranos nolle dixerit? ib. X, 18.

alqd: qui id impedisset; sen. 27. quid horum non impeditissimum? Milo 54.

animum: fieri enim non potest ut animus libidini deditus, ... inopia etiam non numquam impeditus, hoc ... possit sustinere; Cael. 45.

auctoritatem: senatus auctoritatem numquam impedivit; Sulla 65. cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur; Sest. 75.

causam: cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret; har. resp. 1.

clementiam: quam multi qui cum a te ignosci nemini vellent, impedirent clementiam tuam! Ligar. 15.

comitatum: cum hic insidiator ... veheretur in raeda, paenulatus, magno et impedito ... comitatu; Milo 28.

comitia: ut comitia auspiciis vel impedire vel vitiare posset; Phil. II, 80.

commoda: qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt; leg. agr. II, 7.

consules: nam consules modesti ... impediebantur lege; sen. 4.

defensionem: quid est quod meam defensionem latio legis impediat? Muren. 5.

honorem: atque id erat periculum ... ne eius usitatus honos impediretur; Phil. III, 23.

iudicium: sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret; sen. 19. cum potestate iudicium impedire non posset; Vatin. 33.

ius: quod foedere civitatis mutandae ius impediretur; Balb. 52.

legem: perseveret legem impedire; Fr. B, VIII, 13.

magistratum: itaque excipitur hac lege non adulescentia, ... non magistratus ullus aliis negotiis [ac legibus] impeditus; leg. agr. II, 24.

mentem: sed enim haec facta ... mentio et vocem .. debilitavit et mentem dolore impedivit; Cael 60. quod supplicium? id mea sententia, quod accidere nemini potest nisi nocenti, suscepta fraus, impedita et oppressa mens, bonorum odium; Piso 43.
populum: cum ille servorum eludentium ||et ludentium|| multitudini senatum populumque Romanum vinctum ... atque impeditum turba et angustiis tradidisset; har. resp. 22.
rationem: nec totam Gallici belli rationem prope iam explicatam perturbare atque impedire debemus; prov. cons. 35.
reditum: si quis impedisset reditum meum; Piso 35.
rem: ut ... neque ullam rem, quae a tribuno plebis impediri possit, appetiturus sim; leg. agr. I, 25. cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura; ib. II, 30. ne quis ulla ratione rem impediret; sen. 27. fecisset certe, si sine maximo dedecore tam impeditis ||impudentis|| suis rebus potuisset [emori]; Rab. Post. 29. quae leges rem militarem impedirent; Fr. B, VI, 11, a.
salutem: f. commoda. — senatum: f. populum.
solutionem: scimus Romae solutione impedita fidem concidisse; imp. Pomp. 19.
tempora: impeditis rei publicae temporibus; Piso 3.
vocem: ut vox eius illa praeclara lacrimis impediretur; Sest. 123.
voluntatem: verba reperta sunt, non quae impedirent, sed quae indicarent voluntatem; Caecin. 53.

III. mit Object und Ergänzung: 1. ne: sed iam impedior egomet, iudices, dolore animi, ne ..; Sulla 92. horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompei triumphis; dom. 19. plura ne dicam tuae me etiam lacrimae impediunt; Planc. 104.

2. quo minus: formido, quae tot ac talis viros impediat, quo minus ... causam velint dicere; Sex. Rosc. 5. qui nullo suo peccato impediuntur quo minus alterius peccata demonstrare possint; div. Caec. 34. NON VIDERI STHENIUM IMPEDIRI EDICTO QUO MINUS EI ROMAE LICERET ESSE; Verr. II, 100. neque me impediet cuiusquam inimicum edictum, quo minus ... defendam; imp. Pomp. 58. impedior non nullius officii ... religione, quo minus exponam ..; Sest. 8. ut ... magna potestas sit nostro civi mutandae civitatis nec foedere impediatur quo minus ex cive Romano civis Gaditanus possit esse; Balb. 28. potest esse ulla denique maiestas, si impedimur quo minus ... potestatem imperatoribus nostris deteramus? ib. 37. cum senatus impediretur quo minus ... responsum equitibus Romanis redderetur; Planc. 34.

impello, antreiben, bewegen: I. absolut: 1. substantivisch: aliis mortem parentum non modo impellendo, verum etiam adiuvando pollicebatur; Catil. II, 8.
2. alqs: qui nullo impellente fallebant; Flacc. 20. legem ... dedit. quid est hoc, „dedit?" impulit? ||an tulit?|| an rogavit? Fr. B, VI, 3.
fortitudo: fortitudo ... ad confligendum impellit; Phil. XIII, 6.

II. mit Object: alqm: hoc consilio atque adeo hac amentia impulsi ... tradiderunt; Sex. Rosc. 29. et forsitan ... temere impulsus adulescentia fecerim; ib. 31. haec te opinio falsa in istam fraudem impulit; ib. 58. video igitur causas esse permultas quae istum impellerent; ib. 91. ne quis hoc, quod facio, non existimet me summi officii ratione impulsum coactumque suscepisse; Verr. II, 118. omnes, qui alterum ... nullis impulsi inimicitiis ... in iudicium ... vocant; ib. III, 1. „praecipitantem igitur impellamus" inquit „et .."; Cluent. 70. et eum ... tristem atque oscitantem leviter impellit; ib. 71. cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret; Rabir. 22. quae causa ceteros ad facinus impulit; Sulla 56. promulgarit impulsus amore fraterno; ib. 62. quem ad salutem meam voluntas impulit; sen. 22. adfuit is, si modo adfuit, quem tu impulisti; dom. 118. neque adiutor ei P. Sestius ad excitandum Antonium, cohortandum, accusandum, impellendum fuisset; Sest. 12. si cum ... excellens nobilitas aliquo impulisset; Vatin. 15. cum ego ad Fabium fornicem impellor; Planc. 17. primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit; Scaur. c. 1. § 4. etenim testis non modo Afer ... sed quivis etiam elegantior ac religiosior impelli, deterreri, fingi, flecti potest; ib. 15. urgere vero iacentis aut praecipitantis impellere certe est inhumanum; Rab. Post. 2. nisi eum di immortales in eam mentem impulissent, ut ..; Milo 89. nonne ... se a te corruptum, tuis promissis in fraudem impulsum esse confessus est? Deiot. 32. etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur [illis auctoribus ||actoribus||], Brutos ego impellerem; Phil. II, 26. nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus; ib. 79. quem etiam ad censuram petendam impulisti; ib. 98. „et eosdem nec opinantis ad quaestoris sui aut imperatoris aut commilitonum suorum pericula impulistis"; ib. XIII, 33. aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est; Fr. B, VI, 7. f. III. Sex. Rosc. 2. leg. agr. II, 40. Flacc. 57. Sulla 60. dom. 89. Vatin. 2. Rab. Post. 19.
agrestis: qui etiam non nullos agrestis ... in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt; Catil. II, 20.
animum: non igitur impressio, non occisio ... ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt; Flacc. 85.
bonos: etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem; Milo 32.
digitos: f. III. Qu. Rosc. 1.
furorem: quam autem ad pestem furor tribunicius impelli non poterit his duabus quaestionibus .. sublatis? Phil. I, 22.
hominem: indomitae animi cupiditates ad hoc scelus (hominem) impulerunt? Sex. Rosc. 39. qui barbaros homines ad bellum impelleret; Sulla 36. propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur; Sest. 100. oculi, supercilia, frons, voltus denique totus ... hic in fraudem homines impulit; Piso 1. f. III. Sest. 134.
manum: f. III. Qu. Rosc. 1.
servum: avi servum corruptum praemiis ad accusandum dominum impulerit; Deiot. 2.

III. mit Object und Ergänzung: ut: quae me igitur res ... impulit, ut causam ... reciperem? Sex. Rosc. 2. egone hanc manum [plenam perfidiae] et hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberent nomen? Qu. Rosc. 1. an ... impelli non poterit, ut falsum iudicet? leg. agr. II, 40. nisi forte hae civitates existimari volunt facilius una se epistula Mithridatis moveri impellique potuisse, ut ..; Flacc. 57 Pompeianos esse a Sulla impulsos, ut ..; Sulla 60. qui impelluntur ut vim adferant magistratibus; dom. 89. quae res hominem impellit, ut sit tam intemperans? Sest. 134. nulla me causa impulit, ||impulisset|| nisi ut ..; Vatin. 2. „tu" inquit „Gabinium ut regem reduceret impulisti"; Rab. Post. 19.

impendeo, bevorstehen, nahe sein, drohen: alqd: (quae omnia) adesse atque impendere videntur; Quinct. 47. quid sibi impenderet coepit suspicari; Cluent. 66. quam ob rem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris et mali? leg. agr. I, 9. haec eadem profecto quae prospicimus impendentia pertimescetis; har. resp. 62. quod (id) omnibus impendebat; Sest. 46. quod tantum rei publicae sceleris impendere a consulibus proximis non suspicabar; prov. cons. 42. quae

vero aderant iam et impendebant ..; Milo 76. multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum; Phil. I, 10. quae partim iam sunt, partim timeo ne impendeant; ib. 13.

caedes, al.: impendebat fames, incendia, caedes, direptio; dom. 25.

fatum: quibus ego confido impendere fatum aliquod; Catil. II, 11.

formidines: nisi etiam hae formidines ab nostris magistratibus atque in nostris provinciis impendebunt; Verr. V, 157.

genera: cum multa et varia impenderent hominibus genera mortis; Phil. XIV, 34.

incendia: f. caedes.

invidia: quod si ea (invidia) mihi maxime impenderet; Catil. I, 29.

mala: f. alqd; leg. agr. I, 9. scelera.

minae: omnes mihi minae || omnes minae — omnes in me minae || impendeant; Sex. Rosc. 31.

periculum: qui liberto damnato sibi illud impendere periculum videret; Cluent. 49. si impendens patriae periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit; Catil. II, 28. reperietis ... nos de istius scelere ac furore ac de impendentibus periculis maximis ... promoneri; har. resp. 10. qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis et rursum ... subire coëgit; prov. cons. 23. sed plus multo valebat periculorum impendentium timor; Milo 34.

permutatio: magna rerum permutatione impendente declinasse me paulum; Sest. 73.

procella: circumspicite omnis procellas, quae impendent; Catil. IV, 4. tum vidi ac .. prospexi ... quanta impenderet procella rei publicae; har. resp. 4. significabat ... quanta impenderet procella mihi || nobis — ibi — urbi ||; Cael. 59.

ruinae: quas (ruinas) omnis impendere tibi proximis Idibus senties; Catil. I, 14.

scelera: hanc .. beluam .. solvit .. consul ... ignarus quidem certe et imprudens impendentium tantorum scelerum et malorum; Sest. 16. f. alqd; prov. cons. 42.

supplicium: „aut iam soluto supplicio parricidii aut impendente laetandum est"; Phil. XIII, 22.

tempestas: quanta tempestas invidiae nobis ... impendeat; Catil. I, 22. qui non modo tempestatem impendentem intueri temulentus ... posset; Sest. 20. aliis impendentibus tempestatibus non cessi; Piso 21.

terror: quantus rei publicae terror impenderet? Phil. V, 37. f. alqd; leg. agr. I, 9.

impendium, Aufwand: qui ab adulescente quaestum sibi instituisset sine impendio; Quinct. 12.

impendo, aufwenden, verwenden; part.: bedeutend: I. alqs: intellegebant sese sibi ... impendere, laborare; Verr. III, 121.

II. alqd: postea quam nescio quid impendit et in commune contulit; Quinct. 12. ubi tandem istud latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? Verr. V, 47.

curam, al.: ut operam, curam, pecuniam impendant in eas res; Verr. IV, 68.

laborem, al.: etenim ad incertum casum ... certus quot annis labor et certus sumptus impenditur; Verr. III, 227. quid censetis in hoc foedere faciendo voluisse Mamertinos impendere laboris, operae, pecuniae ..? Verr. V, 51.

voluntatem: qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam dissideret; Sest. 130.

impensa, Aufwand, Kosten: I. facio: nullam impensam fecerant; Phil. VI, 14.

II, 1. deicere: illae columnae ... machina apposita nulla impensa deiectae; Verr. I, 145.

labi: equitem Romanum ... non turpibus impensis [cupiditatum] atque iacturis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit; Rab. Post. 43.

tueri: cum arationes ... haberet ... easque magna impensa magnoque instrumento tueretur; Verr. III, 53.

2. ex: credo vos [ex vestris impensis,] ex vestris rebus rusticis coniectura adsequi posse; Verr. III, 200.

sine: quo (perfugio) sine labore, ... sine impensa ... homines uterentur; Verr. I, 119.

imperator, Befehlshaber, Feldherr, Gebieter: I. **absolut: 1. Subject, Attribut, Apposition:** absunt: f. constituit; Phil. XIV, 37.

accipit: quod (bellum) ... novus imperator noster accipiat; imp. Pomp. 26. ipse C. Pansa consul, imperator ... volnera acceperit; Phil. XIV. 36.

adhortatur: at enim nos *M. Lepidus*, imperator iterum, pontifex maximus ... ad pacem adhortatur; Phil. XIII, 7.

administrat: etiam tum imperatore bellum administrante; leg. agr. II, 54.

capit: nam postea Servilius imperator populi Romani ... urbem hostium cepit; Verr. I, 56.

cedit: „tuae dicis" inquit „togae summum imperatorem esse cessurum"; Piso 73.

clamat: f. hortatur.

colunt: in qua urbe imperatores prope armati poëtarum nomen et Musarum delubra coluerunt; Arch. 27.

committunt: f. faciunt; Sex. Rosc. 151.

confert: nam si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta ... conferre, sed ..; leg. agr. II, 61.

consecrat: ut imperator agros de hostibus captos consecraret; dom. 128.

constituit: noster hic praeposterus imperator amissorum oppidorum ... funesta indicia constituit; Piso 92. uti ... C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, .. aut si aberunt, M. Cornutus ... supplicationes ... constituat; Phil. XIV, 37.

contendunt: etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores; imp. Pomp. 8.

continet: neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet; imp. Pomp. 38.

curant: senatui placere ut C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores ... monimentum quam amplissimum locandum faciundumque curent; Phil. XIV, 38.

debet: f. est; imp. Pomp. 36. tribuit.

defendit: cumque C. Caesar pro praetore, imperator ... sua castra feliciter defenderit ..; Phil. XIV, 37.

dicit: tuus denique testis, tuus imperator, tuus aemulus, tuus hospes Cleomenes hoc dicit (acc. c. inf.); Verr. V, 133.

dimittit: quem L. Sulla ... pugnax et acer et non rudis imperator ... dimisit; Muren. 32. hoc tu in exitu, praeclare imperator, ... exercitum dimisisti; Piso 91.

donant: saepe enim nostri imperatores ... scribas suos ... donarunt; Verr. III, 185.

ducit: quam (uxorem) secum gravis imperator ad exercitum duxerat; Phil. V, 22.

educit: cumque A. Hirtius consul imperator ... exercitum castris eduxerit ..; Phil. XIV, 36.

efficit: ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator * quas effecerit || effecit || strages, ubicumque posuit vestigium! Phil. III, 31.

est: Iovem autem Imperatorem quanto honore ... fuisse arbitramini? Verr. IV, 128. scitis, iudices, maximos populi Romani exercitus in duabus Hispaniis clarissimosque imperatores fuisse; Font. 16. ac primum quanta innocentia debent esse imperatores ..? imp. Pomp. 36. cum in eorum insula noster imperator exercitusque esset; ib. 46. cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset; Ligar. 7. fuimus imperatores ego et M. Bibulus in propinquis finitimisque provinciis; Phil. XI, 34.

exit: cum in terram imperator exisset; Verr. V, 91.

exornat: Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Accii ... carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum; Arch. 27.

facit: solent hoc boni imperatores facere, cum proelium committunt; Sex. Rosc. 151. iste novo quodam genere imperator ... stativa sibi castra faciebat; Verr. V, 29. itinera quae per hosce annos ... nostri imperatores fecerint recordamini; imp. Pomp. 38. ut ... tamen nostri imperatores ... huic deae vota facerent eaque ... persolverent; har. resp. 28. faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent; Phil. IV, 11. cum C. Pansa consul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit ..; ib. XIV, 36.

gerunt: quocum per tot annos tot proeliis tot imperatores bella gesserunt; Muren. 34. ſ. V. sine.

habet: quod quisque imperator habeat pecuniae || pecuniae habeat ||; leg. agr. 13.

hortatur: cum palam populi Romani imperator ... dexteram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed ... clamaret; prov. cons. 9.

infert: sic iste a tanto exercitu tantae provinciae trienuio post Macedonicus imperator in urbem se iutulit, ut ..; Piso 55.

meret: quo (Servilio) tu imperatore, Labiene, meruisti; Rabir. 21. senatum existimare D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de re publica mereri; Phil. III, 37.

moritur: imperatore mortuo pecuniam ... non posuit; Tull. 15.

negat: negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus; Phil. IV, 9.

peragrat: eas || has || (gentis) noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragrarunt; prov. cons. 33.

persolvunt: ſ. faciunt; har. resp. 28.

ponit: ſ. efficit. — postulant: ſ. II, 2. denego.

potest: certe nemini dubium est quin ea re idem ille imperator plurimum possit; imp. Pomp. 43. ſ. continet.

profugit: quo metu commoti Dyrrachini profugisse noctu crepidatum imperatorem indicaverunt; Piso 93.

putant: semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverunt; prov. cons. 32.

redit: non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur; Piso 53.

relinquit: verum tamen honestius est, iudices, ea ... imperatorem nostrum in bello reliquisse quam praetorem in pace abstulisse; Verr. IV, 124.

sedet: castra denique Pompei sedente imperatore xviri vendent; leg. agr. I, fr. 1.

solent: ſ. faciunt; Sex. Rosc. 151. Phil. IV, 11.

statuunt: utrum igitur hoc Graeci statuent ... an nostri praetores, nostri duces, nostri imperatores? Flacc. 27.

tenet: cum D. Brutus, imperator, consul designatus, provinciam Galliam in senatus populique Romani potestate teneat; Phil. V, 36.

tribuit: quantum (laudis) neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri ... debuit; Muren. 20.

triumphant: triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores; imp. Pomp. 8.

versatur: difficile est in Asia ... ita versari nostrum imperatorem, ut ..; imp. Pomp. 64. cum imperator in bello versetur; leg. agr. II, 52.

videtur: ſ. redit.

vivit: hic ita vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus; Verr. V, 26.

ulciscitur: Cinnae victoriam imperator ultus est Sulla; Phil. XIV, 23.

volt: quod imperator clarissimus ... monumentum victoriae populi Romani esse voluisset; Verr. IV, 75. itaque ille vir clarissimus summusque imperator, M. Marcellus, ... habitare in ea parte urbis ... Syracusanum neminem || Syracusanorum || voluit; ib. V, 54.

ohne Verb: saepe imprudentibus imperatoribus vis belli ... molitur; Sex. Rosc. 91. dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore: Phil. XIV, 26.

2. **Prädicat:** sum: at est bonus imperator; Verr. V, 4. hunc tu igitur imperatorem esse defendis, Hortensi? ib. 32. qui ... ineunte adulescentia maximi ipse exercitus imperator (fuit); imp. Pomp. 28. quem ita obsides, nove Hannibal, aut si quis acutior imperator fuit, ut ..; Phil. XIII, 25.

ablat. absol.: ut ... bellum ... me uno togato duce et imperatore sedetur; Catil. II, 28. togati me uno togato duce et imperatore vicistis; ib. III. 23. qui si adulescens patre suo imperatore non meruisset; Muren. 11. patre imperatore libentissime meruisse pietatis .. fuit; ib. 12. fuit P. Servilio imperatore in Cilicia tribunus militum; Flacc. 6. quibus locis nuper legatus Flaccus imperatore Metello praefuit; ib. 63. te imperatore infelicissimo et taeterrimo, Caesonine Calventi, civitas libera ... sic spoliata atque nudata est, ut ..; prov. cons. 7. igitur in Syria imperatore illo nihil aliud *neque gestum* || cogitatum || neque actum est nisi ..; ib. 9. bellum Gallicum ... C. Caesare imperatore gestum est; prov. cons. 32. qui et miles in Creta hoc imperatore ... fuerit; Planc. 61.

3. **Vocativ:** ſ. 1. dimittit.

II **nach Verben:** 1. **Accusativ:** adopto: quem umquam iste ordo patronum adoptavit? ... quem censorem? quem imperatorem? Phil. VI. 14.

antefero: quis dubitet de foederibus et de toto iure pacis et belli hominibus || omnibus || iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? Balb. 45.

appello: atque hunc tamen Deiotarum ... clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes; har. resp. 29. quorum alter non audet nos certiores facere, ne imperator || facere cur imperator — facere num imperator || appelletur; prov. cons. 15. appellatus est hic volturius illius provinciae ... imperator; Piso 38. esse duo duces in provinciis populi Romani, habere exercitus, appellari imperatores; ib. 44. ex qua provincia modo vir .. ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis me referente ab senatu || absens || imperator est appellatus; ib. quorum tu legatorum opera in proelio imperator appellatus eras; ib. 54. ut imperatores appellem eos, quorum virtute ... liberati sumus; Phil. XIV, 11. etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis aut plerumque nullis? ib. eum hac || non eum hac, unum hac, hac || consuetudine ... imperatorem appellaret senatus; ib. 12. cum imperatores eos appello; ib. 24. [cum victores appello imperatores]; ib. quid? Caesarem ... dubitemne appellare imperatorem? ib. 25. an vero quisquam dubitabit appellare Caesarem imperatorem? ib. 27.

circumsedeo: nos ad civem mittimus, ne imperatorem populi Romani, ne exercitum, ne coloniam circumsedeat? Phil. V, 27. circumsedet colonos nostros, exercitum populi Romani, imperatorem, consulem designatum; ib. XIII, 21.

confero: o praeclarum imperatorem ... cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum! Verr. V, 14.

deicio: hi et integrum consulem et bonum imperatorem ... deici .. et ... deturbari volunt; Muren. 79.

deligo: ſ. **deligo,** III. imperatorem (5 St.) S. 61, a.

denuntio: nec mihi ille iudicium populi, ... sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat; Sest. 40.

d e p o s c o: unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti; imp. Pomp. 5. imperatorem a vobis certum deposcere ... neque audent; ib. 12. cum universus populus Romanus ... unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit; ib. 44. ut deposcerent imperatorem et ducem C. Caesarem; Phil. XI, 20.

d e s i d e r o: nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant; Catil. I, 10.

d e t u r b o: f. deicio.

d i c o: neque se imperatorem ||imperatorem dicit|| neque Hirtium consulem ..; Phil. XIII, 22.

d i l i g o: quam ob rem ... imperator est diligendus; Phil. XI, 16. quae tanta adrogantia, ut ad arbitrium illorum imperatores etiam diligamus? ib. 38.

e r i p i o: ne patiamini talem imperatorem populo Romani ... eripi; Verr. V, 2.

e x c u t i o: qui non modo reges ..., sed etiam imperatores nostros ||vestros|| excutiant; leg. agr. II, 61.

e x p e t o: f. deposco; imp. Pomp. 5.

e x s p e c t o: quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis; Catil. I, 27.

f l a g i t o: tum imperator ab isto praepositus Cleomenes flagitabatur; Verr. V, 94.

h a b e o: hosce igitur imperatores habebimus? prov. cons. 15. paratum habet imperatorem C. Cassium .. res publica contra Dolabellam; Phil. XI, 35.

i g n o r o: ne qui diutius ... talem imperatorem ignorare possit; Verr. V, 25.

i u d i c o: ego vero hunc non solum imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem iudico, qui ..; Phil. XIV, 26.

l a u d o: qui in eis rebus non ita defendatur ut mediocris praetor, sed ita laudetur ut optimus imperator; Verr. V, 18.

m u l t o: quod multari imperatorem deminutione provinciae contumeliosum est; prov. cons. 38.

o b s i d e o: qui ... imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit; Phil. VII, 15. qui imperatorem populi Romani senatu prohibente obsideret; ib. VIII, 24.

o p p o n o: et primum gladiatori illi confecto et saucio consules imperatoresque vestros opponite; Catil. II, 24.

o p p u g n o: oppugnat D. Brutum, imperatorem, consulem designatum ..; Phil. V, 24. ad nostrum civem mittimus, ne imperatorem ne coloniam populi Romani oppugnet; ib. 27. qui multis nefariis rebus ante commissis hoc tempore imperatorem populi Romani oppugnaret; ib. VI, 2. qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant; ib. VII, 22. nihil vidi tam integrum quam ut oppugnare imperatorem incipiant; ib. XIII, 34.

o r n o: qui vos, qui vestros imperatores ... semper ornavit; Arch. 31. constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo; prov. cons. 47.

p r a e f i c i o: et cum ei (bello) ||et cum eum ei|| imperatorem praeficere possitis; imp. Pomp. 49.

p r a e p o n o: qui quo die a vobis maritimo bello praepositus est imperator ..; imp. Pomp. 44.

p r o d o: qua ||qui|| cum prodere imperatorem suum non posset ..; Phil. XIII, 26.

p u t o: quem enim imperatorem possumus ullo in numero putare, cuius ..? imp. Pomp. 37.

r e f e r o: f. I, 1. redit.

r e l i n q u o: quae (legio) ... non ut consulem et imperatorem suum, sed ut hostem .. reliquit Antonium; Phil. XII, 8. denique usi liberalitate Antonii milites imperatorem reliquerunt ..; ib. XIII, 35.

r e v o c o: nec imperatorem incensum ad rem publicam bene gerendam revocare ... debemus; prov. cons. 35.

s e q u o r: neque ei tam praedonum impetum fugiebant, quam imperatorem sequebantur; Verr. V, 90.

t e s t o r: testantur et mortuos nostros imperatores; Balb. 40.

v i d e o: eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia ... videmus; Catil. I, 5. chlamydatum etiam L. Sullam ||illum L. Sullam|| imperatorem ... videtis; Rab. Post. 27.

2. **Dativ:** c o m m i t t o: f. mando.

c o n d u c o: quo in loco mihi libertus praeclaro imperatori domum ... conduxerat; Piso 61.

c o n s e r v o: quod (ius) semper omnibus imperatoribus est conservatum; leg. agr. II, 60.

c o n s t i t u o: in posterum vero lex haec imperatoribus vestris ||nostris|| constituitur; leg. agr. II, 59.

d e b e o: quantum (laudis) forti viro et sapienti homini et magno imperatori debeatur; imp. Pomp. 20.

d e c e r n o: idem ... imperatori decem legatos decrevit; Balb. 61.

d e f e n d o: potest esse ulla denique maiestas, si impedimur quo minus ... potestatem imperatoribus nostris deferamus? Balb. 37.

d e n e g o: quam ob rem aut supplicatio re publica pulcherrime gesta postulantibus nostris imperatoribus deneganda est; Phil. XIV, 24.

d o: quae (gentes) ... vim argenti dederant praeclaro nostro imperatori; prov. cons. 4. quid cessat hic homullus ... dare haec praeclara praecepta sapientiae clarissimo et summo imperatori, genero suo? Piso 59. cum audiret senatus ... nobis imperatoribus rem publicam defendendam datam ..; Deiot. 11.

e r i p i o: quis enim esset, iudices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu delectum virtutis ... eripi vellet? Balb. 49.

l i c e t: si imperatoribus nostris, si senatui, si populo Romano non licebit ..; Balb. 22.

m a n d o: ceteris magnis imperatoribus ... saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos; imp. Pomp. 47.

m i t t o: sed quibus (copiis) finis ... tueretur et imperatoribus nostris auxilia mitteret; Deiot. 22.

p a r e n t o: non Dolabella prius imperatori suo quam Antonius etiam conlegae parentasset; Phil. XIII, 35.

p r a e b e o: catervam imperatori suo novam praebuerunt; Piso 55.

p r a e s t o: quod se ... legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis ... dignum suis maioribus praestitit; Flacc. 101.

s u m: summo imperatori legatus [L. Lucullo] fuit; Muren. 20. non enim credo religionem et Iudaeorum et hostium impedimento praestantissimo imperatori, sed pudorem fuisse; Flacc. 68. qui si mihi quaestor [imperatori] fuisset; sen. 35. neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, qua re suum terrorem falso iactari opponique patiatur; Sest. 52. ut semper Macedonicis imperatoribus idem fines provinciae fuerint qui gladiorum atque pilorum; Piso 38.

t r i b u o: verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda; imp. Pomp. 8.

3. **mit Präpositionen:** a d e o a d: qui ab armis discesserint et aut ad C. Pansam ... aut ad Decimum Brutum imperatorem, consulem designatum ... adierint; Phil. VIII, 33.

a d f e r o a d: de quo nulla umquam suspicio durior aut ad senatum aut ad imperatores adlata nostros est; Sest. 59.

c o g o a b: cum omnem pecuniam ... ab imperatoribus nostris coëgissetis; leg. agr. II, 98.

c o n c i t o c o n t r a: plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatae sunt; imp. Pomp. 23.

c o n f u g i o a d: Quinctius ... confugit ad C. Flaccum imperatorem; Quinct. 28.

d e c e r t o c u m: qui (Annibal) unus cum tot imperatoribus nostris ... decertavit; Sest. 142.

d e l i g o e x: ex omnibus igitur ... consulibus,

imperatoribus M. Antonium delegisti; Verr. III, 213.

dico de: tum de imperatore deligendo esse dicendum (videtur); imp. Pomp. 6. restat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus praeficiendo dicendum esse videatur; ib. 27.

existimo de: quid socii de imperatoribus nostris existiment quis ignorat? imp. Pomp. 43.

fero contra: ego arma contra consules imperatoresque populi Romani ... tuli; Phil. II, 72.

insum in: ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere; imp. Pomp. 28.

perfugio ad: qui hostes ad nostros imperatores perfugissent; Balb. 24.

quaero in: non enim bellandi virtus solum in summo ac perfecto imperatore quaerenda est; imp. Pomp. 36.

redeo ad: redeat ad imperatorem suum Varius; Phil. VIII, 32

sum cum: est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse; Arch. 11. — in: quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus; imp. Pomp. 29.

venio ad: quis Platorem ... legatum Thessalonicam ad nostrum, ut se ipse appellavit, imperatorem venisse nescit? har. resp. 35.

III. **nach Adjectiven und Adverb**: 1. proprius: nam bellicas laudes solent quidem extenuare easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriae sint imperatorum; Marcell. 6.

2. dignus: haec sunt praesidia Cornelii, ... labor, adsiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore; Balb. 6. dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore; Phil. XIV, 26. cumque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus exstiterit ..; ib. 38.

3. pugnax contra: Graecus facilis et valde venustus nimis pugnax contra imperatorem populi Romani esse noluit; Piso 69.

una cum: bellum Cretense ... una cum summo imperatore sustinuit; Flacc. 6.

IV. **nach Substantiven**: 1. **Genetiv**: animus: quae civitas est in Asia quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? imp. Pomp. 66.

artes: duae sunt artes ...: una imperatoris, altera oratoris boni; Muren. 30.

avaritia: itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates ... nostri exercitus ferant quis ignorat? imp. Pomp. 37.

auctoritas: cum imperatoris populi Romani auctoritas ... intercederet; Verr. II, 40.

aures: ut eam (calamitatem) ad auris [Luculli] imperatoris non ex proelio nuntius, sed ex sermone rumor adferret; imp. Pomp. 25.

castra: ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani iniret; Balb. 25.

consilium: f. opera. virtus; Phil. XIV, 28. 37.

copia: ut minatur contra suum || summum || furorem imperatorum copia; Muren. 83.

decreta: aut quae tanta possit iniuria omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Deiot. 37.

diligentia: quo loco mihi non praetermittenda videtur praeclari imperatoris egregia ac singularis diligentia; Verr. V, 28.

disciplina: huius autem praeclari imperatoris ita erat severa domi disciplina; Verr. V, 93.

edictum: quodque edictum D. Bruti, imperatoris, consulis designati, propositum sit; Phil. III, 37.

exercitus: qui extrema pueritia miles in exercitu fuit summi imperatoris; imp. Pomp. 28. quid cum P. Vatinii imperatoris exercitu? Phil. X, 11.

factum: sic innocentissimi hominis fortunas, praestantissimi imperatoris factum condemnari volunt; Balb. 6.

fortuna: nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris; Piso 38.

genus: quoniam plura genera sunt imperatorum; Verr. V, 25. sed aliud genus imperatoris ... cognoscite; ib.

gladius non dixi hanc togam ... nec arma scutum aut gladium unius imperatoris; Piso 73.

gloria: an ipse ... expers esse debet gloriae eius imperatoris atque eius exercitus, qui ..? imp. Pomp. 57.

honores: decrevistis ut et de praemiis || ut de praemiis || militum et de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur; Phil. V, 4.

imperium: f. virtus; Phil. XIV, 37.

interpretatio: habetis imperatorum summorum et sapientissimorum hominum ... interpretationem iuris ac foederum; Balb. 52.

iudicium: eripueras senatui ... imperatoris deligendi iudicium; Vatin. 36. dubitandum fuit quin quo in genere iudicum praemia rata essent, in eodem iudicia imperatorum valerent? Balb. 54.

legiones: ut ipse in legionibus P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines ... fuerit; Planc. 32.

manubiae: in eius provincia vendet manubias imperatoris? leg. agr. II, 53. accesserint in cumulum manubiae vestrorum imperatorum; ib. 62.

milites: dant sese in fugam istius praeclari imperatoris nocturni milites; Verr. IV, 95.

monumentum: monumenta antiquissima ... partim etiam nostrorum imperatorum; Verr. a. pr. 14. hostium spolia, monumenta imperatorum ... in supellectile Verris nominabuntur; ib. IV, 97. quod (simulacrum) ereptum ex meretricis sepulcro in imperatoris monumento conlocaras; har. resp. 33. imperatorum monumenta evertit; ib. 58.

nomen: idque (simulacrum) ... eius imperatoris nomine positum ac dedicatum fuisse; Verr. IV, 80. nomen invicti imperatoris incidatur; ib. 82. signum ... positum imperatoris nostri nomine; ib. 88. ad omnis enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur; ib. V, 2. si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces ... te commentatum esse declarant; Piso 97.

opera: D. Bruti imperatoris, consulis designati, opera, consilio ... rei publicae ... esse subventum; Phil. V, 36.

penuria: tempora rei publicae, imperatorum penuriam commemorabit; Verr. V, 2.

pericula: „eosdem nec opinantis ad quaestoris sui aut imperatoris ... pericula impulistis“; Phil. XIII, 33.

praetoria: ut sibi et liberis ... sit in nostris castris, sit in imperatorum praetoriis ... locus; Balb. 40.

propinquus: pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris ..; Milo 9.

quaestor: cuius tu imperatoris quaestor fueras; Phil. II, 71.

res gestae: ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum; Muren. 33. omnis nostrorum imperatorum ... res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine ... posse conferri; Marcell. 5.

scelus: ut ... scelus imperatoris in poenam exercitus expiatum || expetitum || esse videatur; prov. cons. 5.

signa: etenim tria ferebantur ... signa Iovis Imperatoris ... facta; Verr. IV, 129.

silentium: erant autem convivia non illo silentio praetorum populi Romani atque imperatorum; Verr. V, 28.

simulacrum: ex aede Iovis religiosissimum simulacrum Iovis Imperatoris ... nonne abstulisti? Verr. IV, 128.

socius: qui non solum socius imperatorum no-

strorum fuit in bellis, verum etiam dux copiarum suarum; Phil. XI, 33.

species: qua nullius pulcriorem speciem imperatoris accepimus; Phil. XIV, 27.

spiritus: ſ. animus.

subsidia: Cn. Pompei summi imperatoris et fortissimi viri gestum est subsidiis; Fr. A, III, 8.

testimonia: ita Gaditana civitas, quod beneficiis suis erga rem publicam nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, ... consecuta est; Balb. 35.

tropaea: quae (Macedonia) erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropaeis; prov. cons. 4.

verba: non legibus datis, non auditis verbis imperatoris ... eos agros ... xviri vendent? leg. agr. II, 52.

victoria: conferte ... huius praetoris adventum cum illius imperatoris victoria; Verr. IV, 115. multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias aetas nostra vidit; Milo 77.

virtus: est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris; imp. Pomp. 36. agros [regios] captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum; leg. agr. II, 51. ita trium imperatorum virtute, consilio ... res publica est conservata; Phil. XIV, 28. eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio ... populum Romanum ... servitute liberatum; ib. 37.

2. **mit Präpositionen**: lex de: cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset; imp. Pomp. 52.

quaestio in: in omnis imperatores heredesque eorum quaestionem suo iudicio comparant; leg. agr. I, 12.

scelera in: quid, quae (scelera) in ... imperatores, quos prodidit, exercitus ..? har. resp. 58.

V. **Umstand**: ab: adferri: ex ea (provincia) *a* te imperatore nuntius ad senatum adlatus est nullus; Piso 44. — confici: hoc tantum bellum ... quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? imp. Pomp. 31. non dicam duo bella maxima ... ab uno imperatore esse confecta; ib. 60. — constitui: quem ad modum in bello poena ignavis ab imperatoribus constituitur; Caecin. 46. — deprimi: ſ. superari. — donari: ut ab aliquo imperatore civitate donaretur; Arch. 25. ut ab senatu, etiam ab imperatoribus nostris || per imperatores nostros || civitate donentur; Balb. 25. numquam esse condemnatum quem constaret ab imperatore nostro civitate donatum; ib. 53. — geri: cum a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, saepe numero res publica et bene et feliciter gesta sit; Phil. V, 40. — obsideri: qui illam (Karthaginem) a multis imperatoribus obsessam ... evertit; har. resp. 6. — obtineri: senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari a D. Bruto et L. Planco imperatoribus, consulibus designatis ... obtineri ex lege Iulia, quoad ..; Phil. III, 38. — pelli: hic ||is|| ... ab L. Lucullo, ||a Lucullo|| summo viro atque imperatore, † pulsus, animo tamen hostili ... mansit; Sest. 58. — restitui: cumque ... a M. Lepido imperatore, pontifice maximo ... civitati restitutus (Pompeius) sit; Phil. V, 41. — subigi: qui ... partim nostra memoria bella ... gesserunt, partim modo ab nostris imperatoribus subacti ... sunt; Font. 12. — superari: ab eodem imperatore classem ... superatam esse atque depressam; imp. Pomp. 21.

cum: hunc enim ... concedis ... in nostris bellis nostris cum imperatoribus esse versatum; Balb. 6.

in: qui ... in hoc imperatore atque exercitu, ... etiam praecipuo iure esse deberet; imp. Pomp. 58.

sine: ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator; Muren. 20.

imperatorius, des Feldherrn, zum Feldherrn gehörig: ardor: si ille imperatorius ardor oculorum, ... si praesens valuit aspectus; Balb 49.

cohortatio: neque enim ille summus poëta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse; Balb. 51.

dignitas: in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria; imp. Pomp. 42.

ius: cui ius imperatorium ... soli eripitur; leg. agr. II, 60.

laus: ne obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis; Verr. V, 2. de hac imperatoria iam tua laude disputo; ib. 11. huius furta ... imperatoriis laudibus tegere conaris? ib. 32. quod ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras; Vatin. 24.

nomen: ita, inquam, hostium ... clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorium nomen adimemus? Phil. XIV, 12.

praefatio: quae porro ... praefatio ... fuit? illa scilicet vetus atque imperatoria; Verr. III, 187.

virtutes: neque enim sunt solae virtutes imperatoriae; imp. Pomp. 29.

imperatrix, Gebieterin: praegestit animus iam videre ... fortis viros, ab imperatrice in insidiis ... conlocatos; Cael. 67.

imperiosus, herrisch: L. vero Lamiam ... consul imperiosus exire ex urbe iussit; sen. 12.

imperite, unerfahren: dico: quid enim potuit dici imperitius quam (acc. c. inf.)? Balb. 20. sed cum est illud imperitissime dictum de populis || populi || fundis; ib. 27.

facio: cur tam imperite facit, ut ..? Qu. Rosc. 36.

elliptisch: esto: hoc imperite; Phil. II, 81.

imperitus, unerfahren, unkundig, unwissend: A. **bei Substantiven**: alqs: ne quis imperitior existimet (acc. c. inf.); Sex. Rosc. 135. non modo iam nemo est tam imperitus qui ..; dom. 72. dicat se non imperitum foederis, non rudem exemplorum, non ignarum bellici *iuris* fuisse; Balb. 47.

adulescens: quod (id) imperitus adulescens ... fecisse dicatur; dom. 139.

adulescentuli: putant fore ut ... per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adulescentulos ... leges iudiciaque administrentur; div. Caec. 68.

cives: cum indicat esse quosdam civis imperitos, sed non multos; Rabir. 18. si denique per populi nomen civium imperitorum multitudinem concitassent; Flacc. 96.

homo: putat homo imperitus morum, agricola et rusticus (acc. c. inf.); Sex. Rosc. 143. homo omnium rerum imperitus quaerit; Verr. I, 133. metuunt homines imperiti, ne iam haec populus Romanus concedat; ib. V, 126. itaque homo timidus imperitusque ... non putavit esse tanti hereditatem; Caecin. 18. ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem; ib. 32. et omni iure civili sine cuiusquam aut magistratus aut iudicis aut periti hominis [aut imperiti] dubitatione utantur; ib. 97. qui imperitorum hominum rumusculos aucupati tum illum absolverunt; Cluent. 105. cum in theatro imperiti homines ... consederant; Flacc. 16. non civitas, sed imperiti homines a Maeandrio concitati; ib. 57. quid ergo, homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis, praestantius mihi potuit accidere? Vatin. 8. quo errore ductos vidi egomet non nullos imperitos homines ... Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum; Balb. 30. et sollicitant ||sollicitant|| homines imperitos Saxa et Cafo ||Saxas et Cafones — Saxae et Cafones||; Phil. X, 22.

interpretes: qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit; Caecin. 70.

mulier: ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse; Caecin. 13.
multitudo: ut nomine ipso ... animos imperitae multitudinis commoverem? Verr. I, 151. et quoniam non est nobis haec oratio habenda aut apud imperitam multitudinem || aut imperita m. || ..; Muren. 61. existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitae . . . iudicium esse subeundum; Flacc. 2. imperitae multitudinis iudicio confidimus; ib. 97. quod in imperita multitudine est vitiosissimum; dom. 4. non vim imperitae multitudinis, sed hominum honestorum modestiam prudentiamque quaerebas? ib. 54. qui ... imperitae aut concitatae multitudini iucundi esse voluerunt; Sest. 140. neque id fieri a multitudine imperita, ... sed ab uno? Milo 90. quod (imperium) ad privatum clamore multitudinis imperitae, nullo publico consilio deferebatur; Ligar. 3. muneribus, monimentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam delenierat; Phil. II, 116. nonne metuendum est, ne imperita militum multitudo per me pacem distineri putet? ib. XII, 28.
viri: syngrapha sestertii centiens per legatos, viros bonos, sed timidos et imperitos ... facta in gynaecio est; Phil. II, 95

B. **allein**: I. **Subject**: dicunt: quorum auctoritatem secuti multi non solum improbi, verum etiam imperiti ... dicerent; Catil. I, 30.
fraudat: callidum imperitus (fraudasse dicitur); Qu. Rosc. 21.
sequuntur: s. dicunt.
II. **nach Verben**: 1. edoceo: qui ... imperitos edocuerit; sen. 29.
2. inicio: sed homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat; dom. 14.
offero: *oblato* commodo aliquo imperitis aut largitione; Sest. 77.
III. **nach Substantiven**: animi: pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum; Catil. IV, 17. qui ... ad imperitorum animos incitandos renovaturum te tua ... latrocinia ... putavisti? dom. 10. ut auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus; har. resp. 41.
causa: cum tu ... in bona fortunasque locupletium per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares; dom. 13.
desideria: qui ... desideria imperitorum misericordia commoveret; Rabir. 24.
invidia: ut hoc amplissimum nomen [senatorium] non modo ad invidiam imperitorum ... natum esse videatur; Verr. III, 96.
mentes: qui largitione caecarunt mentis imperitorum; Sest. 139.
opiniones, sermones: valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum; Cluent. 5. an vero obliti estis ... non modo inimicorum Milonis sermones et opiniones, sed non nullorum etiam imperitorum? Milo 62.
strepitus: mementote igitur ... audire (vos) strepitum imperitorum; Flacc. 19.
temeritas: sin ille tum modus est temeritate imperitorum excitatus; Flacc. 58.
vituperatio: tum ille ... me .. non nulla imperitorum vituperatione ... liberavit; har. resp. 49.
volgus: nam quid ego dicam populum ac volgus imperitorum ludis magno opere delectari? Muren. 38.

imperium, Befehl, Vorschrift, Herrschaft, Gewalt, Regierung, Reich: I. **absolut**: 1. **Subject**: delectant: *te* delectat amplissimus civitatis gradus, sella curulis, fasces, imperia, provinciae ..; Rab. Post. 16.
est: ut signa antiquissima ... ex oppido Thermitanorum incolumi illa civitate imperioque populi Romani tollerentur; Verr. II, 85. cum penes te praetorium imperium ac nomen esset; ib. V, 40. quibus ** populi Romani imperium incolume esse non possit? Font. 17. deinde imperium domesticum nullum erit, si ..; Caecin. 52. quodque permulta essent ornamenta ... fasces, [exercitus,] imperia, provinciae; Cluent. 154. si aeter*num hoc* imperium (esse voltis); Rabir. 33. necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset; Muren. 75. Q. Metelli praeclarum imperium in re militari fuit; dom. 87. regum autem sunt haec imperia: „animum adverte ac dicto pare“; Rab. Post. 29. nam extraordinarium imperium populare atque ventosum est; Phil. XI, 17. utique ... ibi maius imperium C. Cassii pro consule sit; ib. 30.
impellunt: non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt; Flacc. 85.
pervenit: ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse; Catil. III, 9.
potest: s. est; Font. 17.
proficiscitur: etenim cum omnis potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit; leg. agr. II, 17.
valet: ut ... nihil consulare imperium ... contra pestem ac perniciem civitatis valeret; Rabir. 2.
ohne Verb: ubi imperium? Piso 97.
2. **Prädicat**: sum: quid est hoc? utrum praetoris institutum in socios an in hostis victos insani edictum atque imperium tyranni? Verr. III, 25. quid est hoc? populi Romani imperium? ib. 66. an tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum ... quaestores praestoresque capiebantur? imp. Pomp. 53. si illud imperium esse potuit, quod ad privatum || privato, in privato, a privato || deferebatur; Ligar. 3.
II. **nach Verben**: 1. **Accusativ**: abrogo: eique imperium est abrogatum; dom. 83.
adimo: tu propter amorem libidinemque tuam imperium navium legato populi Romani ademisti, Syracusano tradidisti; Verr. V, 137.
adripio: atque ille non mediocri cupiditate adripuit imperium; Ligar. 3.
adsequor: ut in hac civitate ... quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem adsequi possit; leg. agr. II, 29.
ascribo: imperia ascribebantur nova iuventuti; dom. 129.
audio: obstupescent posteri certe imperia, provincias, ... triumphos audientes et legentes tuos; Marcell. 28.
augeo: rem publicam atque hoc imperium ... auxerunt; Sex. Rosc. 50. etenim quis est tam vaecors qui ... non intellegat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? har. resp. 19. ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint; Phil. V, 48.
commuto: si ... non solum instituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret; Verr. III, 15.
concedo: tu imperium maritimum concessisti; Verr. V, 85.
conqueror: non illi decumarum imperia ... conquerebantur; Verr. IV, 111.
conservo: ut imperium populi Romani maiestasque conservaretur; Rabir. 20.
constituo: Verres post imperium constitutum primus imperavit, ut ..; Verr. V, 60.
inicio: atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium [qui illi quaestioni praefuerat] esse iniectum memini; Cluent. 79. audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostis ... iniecisse; dom. 64. qui ... in medios se iniecit ignis; Scaur. 48.

inquiro: cum ego diem inquirendi in Siciliam ... postulavissem; Verr. a. pr. 6. dum in istum inquiro; ib. IV, 4. quod inquisitum in te venerit; ib. 145. „scis tu illum ... inquirere in competitores“? Muren. 45.

inrepo: cum ceteri ... aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inrepserunt; Arch. 10. qui tam libenter in opinionem gratiae inrepat ||increpat||; har. resp. 52. non irrepsisse in censum dicitur; Balb. 5.

inrumpo: inrumpant in aerarium; leg. agr. II, 47. et in nostrum fletum inrumpes; Ligar. 13. cum latronum manu in Galliam iruperit; Phil. VI, 3. sic a suis legionibus condemnatus inrupit in Galliam ..; ib. X, 21. alter in Asiam inrupit; ib. XI, 4. sed cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset ..; ib. XIV, 26.

inruo: qui ... in odium offensionemque populi Romani inruere videantur; Verr. a. pr. 35. vi in tectum inruunt; Tull. 34. exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me inruit; Sulla 40. in quem quisque per homines concitatos inruerit; dom. 106. qui (tribunus plebis) ... omni impetu furoris in eum civem inruerit, quem ..; ib. 119. etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos inruebat; Milo 76. quem enim iste in scopulum non incidit? quod in telum non inruit? Fr. A, V, 4.

insanio: in alienos insanus insanisti; Scaur. 45.

insero: quod homini iam perdito et collum in laqueum inserenti subvenisti; Verr. IV, 37. nunc inserite oculos in curiam; Font. 43. caput in aversam lecticam inserens, beneficia quae venderet a conlega petebat; Phil. II, 82.

insinuo: quibus rebus ... se insinuet in familiaritatem Metelli; Verr. III, 157. qui ... se in eius familiaritatem insinuasset; Caecin. 13. nullum extraneum malum est quod *insin*uare in hanc *rem publicam poss*it; Rabir. 33. eccui potestas in forum insinuandi fuit? Phil. V, 8. f. do; leg. agr. II, 12.

instituo: quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse conversam; dom. 126. si ... illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt; Milo 67.

insulto: quae (Fortuna) tot annos illum in hanc rem publicam insultare pateretur; Milo 87.

insuo: insutus in culeum ||culeum supplicium parricidarum|| ... vitam amittere; Sex. Rosc. 30. insui voluerunt in culeum vivos; ib. 70.

insusurro: cum erat ad eum ventum et in aurem eius insusurratum; Verr. I, 120.

intendo: periculum, quod in omnis intenditur; Sex. Rosc. 7. si quod in me telum intenderit; har. resp. 7. cum ... intentus *est* arcus in me unum, ... re quidem vera ||[vera]|| in universam rem publicam; Sest. 15. quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet; Cael. 54. cum

omnia tela undique esse intenta in patriam viderem; prov. cons. 23. f. instituo; Milo 67.

interpono: inque eam rem fidem suam ... interponeret; Sex. Rosc. 114.

intro: iste in possessionem bonorum mulieris intrat; div. Caec. 56. „at ... in Capitolium intrare ... non debuisti"; dom. 5.

introduco: in cubiculum introductus est; Verr. III, 56. itaque introductis in senatum indicibus institui ||constitui|| senatores; Sulla 41. gladiatores ... in senatum introducti; Sest. 85. aut quam ambitionem ... L. Caesar in senatum introduxit? Phil. XI, 19.

introeo: quae (natio) neminem patitur non honeste in urbem introire; Muren. 69. et quidem se introiturum in urbem dixit exiturumque cum vellet; Phil. III, 27. ut ... tamen nisi saeptis revolsis introiri in forum nullo modo posset; ib. V, 9.

introfero: lectica in urbem introferri solitus est; Verr. V, 34. primum ut in oppidum introferretur; Flacc. 75.

introspicio: introspicite penitus in omnis rei publicae partis; Font. 43.

invado: f. **invado** (16 St.)

inveho: f. **inveho** (17 St.)

invito: cum .. tuos amicos in provinciam quasi in praedam invitabas; Verr. II, 29.

iuro: quod in codicem iniuratus referre nolit, id iurare in litem non dubitet; Qu. Rosc. 4. quod in legem non iurasset; Cluent. 91. si in aliquam legem aliquando non iuraverat; ib. 92. sive quod in legem non iurasset sive quod ..; ib. 96. cum unus in legem per vim latam iurare noluerat; Sest. 37. quasi vero ille non in alias quoque leges ... iam ante iuraverit! ib. 61. cumque in eam legem ... iurare unus noluisset; ib. 101.

lego: nam Popilium ... in senatum non legit; Cluent. 132. ubi cavisti ne me meo ||ne meo — ne meo me|| loco censor in senatum legeret? dom. 82.

machinor: quam (pestem) tu in nos [iam diu] machinaris; Catil. I, 2.

meditor: maiora tamen in nos quam in hostem supplicia meditatur; Phil. XI, 3.

minuo: f. III. studium.

mitigo: Lampsacenos in istum numquam ulla res mitigasset; Verr. I, 82.

mitto: in Galliam mittit, ut ..; Quinct. 20. revocares eum, quem in Galliam miseras? ib. 83. si in possessionem misisses; ib. confirmavi necesse esse aut ..., aut Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem misisse; ib. 88. testibus editis ita mittam in consilium, ut ..; Verr. I, 26. quoniam quidem in Achaiam ... missus est; ib. 60. se homines certos eius rei causa in Siciliam [et] terra || in Siciliam in terra || et mari esse missurum; ib. II, 96. in quem (hominem) ipsi ... Romam mandata legatosque misissent; ib. 161. ut in alienam provinciam litteras mittat; ib. III, 44. misit litteras in Siciliam; ib. 167. mercatorem in provinciam ... misimus; ib. IV, 8. quam (navem) onustam furtis in Italiam mitteret; ib. 23. quod prodigium in provinciam misimus? ib. 47. quod (caudelabrum) in Capitolium missurus esset; ib. 67. cum inveniretur nemo qui in illa loca ... mitteretur; ib. V, 41. tum iste, se comperisse eum speculandi causa in Siciliam a ducibus fugitivorum esse missum; ib. 161. qui ... usque in Hispaniam legatos ac litteras misit; imp. Pomp. 9. quod ceteros in provinciam eius modi homines cum imperio mittimus; ib. 13. missis item in oram Illyrici maris et in Achaiam omnemque Graeciam navibus; ib. 35. cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent; ib. idem iste Mithridates nonne ... legatum usque in Hispaniam misit? ib. 46. cum in consilium mittebant; Cluent. 83. cum mittantur ||immittantur|| in orbem terrarum xviri summo cum imperio; leg. agr. I, 9. cuius non in provinciam, sed in ipsa castra xviri cum imperio ... mittuntur; ib. II, 60. cum a maioribus nostris P. Lentulus ... in ea loca missus esset; ib. 82. eosque in Galliam ... ad Catilinam esse ||esse ad Catilinam | missos; Catil. III, 4. ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; ib. 9. si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium ..; Flacc. 5. (ꝫ. 37.) „at enim Sittius est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut" ..; Sulla 56. frumentum provinciae frumentariae ... partim in alias terras ... miserant; dom. 11. quo ille ... cohortis in hiberna misit; prov. cons. 5. quod ... in operas plurimos patris auctoritate et gratia miserit; Planc. 47. nec interea locupletare amicos umquam suos destitit, mittere in negotium ..; Rab. Post. 4. tuus parvus filius in Capitolium a te missus pacis obses fuit; Phil. I, 31. „in Syriam Cassium misistis"; ib. XIII, 30. nunc in tantam flammam tamque inveteratam mittamus (viros), cum ..? ib. 48.

moveo: deiectus vero qui potest esse quisquam, nisi in inferiorem locum de superiore motus? Caecin. 50.

muto: f. verto; Sex. Rosc. 103.

navigo: hac classe M. Crassus ... ab Aeno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit; Flacc. 32.

nubo: tum denique in familiae luctum atque in privignorum funus nupsit; Cluent. 188. cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses; Cael. 34.

nuntio: in castra L. Sullae mors Sex. Roscii ... nuntiatur; Sex. Rosc. 105. Pompeio in hortos nuntiavit; Milo 65.

obicio: nego rem esse ullam in quemquam illorum obiectam ||prolatam||; Cluent. 113. numquam me ... in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem ||coniecissem||; Arch. 14.

offero: qui auderent se et salutem suam in discrimen offerre; Sest. 1. obtulit in discrimen vitam suam; ib. 61. quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius societatem gloriae se non offert; Marcell. 7.

paro: tela coniecisti, quae parata sunt in eos, qui ... fecerunt; Quinct. 52. quamquam paratus in imparatos Clodius; Milo 55. tum in me impetus conductorum hominum quasi in tyrannum parabatur; Phil. XIV, 15. f. instituo; Milo 67.

pecco: tamen in eam partem potius peccam, quae est cautior; Sex. Rosc. 56.

penetro: statim sine ullo metu in ipsum portum penetrare coeperunt; Verr. V, 96. si oppressis municipiis et coloniis imparatis in illam ultimam Galliam penetrare potuisset; Phil. V, 37. qui ne vivo quidem Trebonio Dolabellae latrocinium in Syriam penetrare sivisset; ib. XI, 32. eique in Galliam penetranti il. se Brutus obiecit; ib. XIII, 20.

perduco: Asuvius autem *ab eo* ||ab Avillio|| [brevi illo tempore] quasi in hortulos [iret] in arenarias quasdam ... perductus occiditur; Cluent. 37. o reliquos omnis dies noctisque eas, quibus iste a me non recedens Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit! Planc. 99.

perfero: si hoc ita perlatum erit in Galliam; Font. 36. non enim illum eximia vis remigum ... aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt; imp. Pomp. 40. ut haec quam primum in omnis ordines quaestio perferatur; Cluent. 155.

perfugio: in tribunatus portum perfugerat; Sest. 18.

pergo: perge in Siciliam; leg. agr. II, 48. an in Capitolium pergere (Rabirium convenit)? Rabir. 21. recta perge in exilium; Catil. I, 23. in Macedoniam ad Planciumque perrexi; Planc. 98. pergit in me ||pergit † in me — in mea|| maledicta; Phil. XIII, 40.

permano: celerius potuit comestum quam epo-

tum in venas atque in omnis partis corporis permanare? Cluent. 173.

permitto: f. III. potestas.

perscribo: ea ... in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit; Verr. I, 57. in aedem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt; Flacc. 44.

persequor: qui cum Opimio consule armati Gracchum in Aventinum persecuti sunt; Phil. VIII, 14.

pervado: eodem intervallo pars eius belli in Italiam ulla pervasit; Verr. V, 6. quas in oras maxime quasi morbus quidam illius furoris pervaserat; Sulla 53.

pervenio: qui sua virtute in altiorem locum pervenit; Sex. Rosc. 83. quem in locum rem publicam perventuram putetis; ib. 153. qui (pupillus) in tutelam pervenit; Qu. Rosc. 16. populum [quidem] Syracusanum in maximam invidiam sua infamia ... pervenisse; Verr. II, 45. ante quam in istius tantam familiaritatem pervenisset; ib. 171. in vestram cohortem te monitore an sua sponte pervenerat? ib. III. 155. famam in regna aliorum atque in ultimas terras perventuram putasti; ib. IV, 68. copulati in ius pervenimus; ib. 148. cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint; imp. Pomp. 32. cuius legiones sic in Asiam pervenerint; ib. 39. cum ... dicerent se potuisse iudicio populi Romani in amplissimum locum pervenire; Cluent. 153. si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit; Catil. I, 30. qui nec in senatum ulla condicione pervenire potuit ..; Flacc. 43. inde navigio perparvo ... in oras Africae desertissimas pervenisse; Sest. 50. quod ex malis boni posset ||possit|| in rem publicam pervenire, id ..; ib. 63. in quem (locum) ... facillime pervenisset; ib. 114. quem scias umquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam provinciam pervenisse? Vatin. 12. cum in provincias pervenissent; prov. cons. 13. obiectum est etiam, quod in tribum Clustuminam pervenerit; Balb. 57. ut in castra M. Antonii ... perveniret; Phil. IX, 15.

pervolgo: sunt enim ista maledicta pervolgata in omnis; Cael. 6.

peto: petatur hereditas [ea], quae nulla debetur, in praedam praetoris? Verr. II, 43.

polliceor: ut servos in quaestionem polliceatur; Sex. Rosc. 77. velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis; Verr. III, 200. quam (auctoritatem damus), ut pecunias in rem publicam polliceantur? Phil. VIII, 4.

pono: f. III. pedem pono.

porto: cum ... in eum locum quo imperabatur portare nollet (frumentum); Verr. III, 189. quo ex loco in quem locum ne portarent? ib. 191. praefectum ... eos (dentis) in Africam portasse; ib. IV, 103.

postulo: [cuius procurator non omnia iudicia quae quisque in verba postularit acceperit]; Quinct. 64. servos paternos in quaestionem ... postulavit; Sex. Rosc. 77. postulatos esse ab istis duos servos in quaestionem; ib. 119. qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet; Verr. a. pr. 6. qui, cum ego mihi c et x dies solos in Siciliam postulassem, c et VIII sibi in Achaiam postularet; Verr. I, 30. in quem iudicium ... postulatum sit; ib. III, 29. ita in eum iudicium ... postulabatur; ib. 39. praeterea servum illum ... ab hoc adulescente Oppianico in quaestionem postulavit; Cluent. 176. atque etiam ... Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit; ib. 181.

praebeo: haec civitas mulieri in redimiculum praebeat, haec in crinis; Verr. III, 76.

praedico: quis est qui id non totum in istius ludos praedictum et responsum esse fateatur? har. resp. 29.

praemitto: quem (Q. Metellum) ego ... in agrum Gallicum Picenumque praemisi; Catil. II, 26.

probo: confirmavit eos in Sthenium quicquid vellent ... probaturos; Verr. II, 90.

procedo: procedite in medium; Verr. II, 190. haec tibi laudatio procedat in numerum; ib. IV, 20. procedit in medium, vini, somni, stupri plenus; ib. V, 94. si in istum locum processerint; Cael. 67.

prodeo: prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas; Verr. I, 80. cur ... feminas in tantum virorum conventum ... prodire cogis? ib. 94. nunc ... in meam contionem prodeant; leg. agr. III, 1. in ea (civitate) non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium; Muren. 69.

produco: cum eum ... in conspectum populi Romani produxisset; Verr. I 122. graviorem ... se fore ab inferis testem, quam si vivus in iudicium produceretur; ib. V, 113. tu in iudicium archipiratam domo producere ausus es; ib. 136. cum in eum locum productus est; Font. 27. f. **contio,** II, 4. produco in (6 Sl.) B. I, S. 690, b.

profero: itaque adversaria in iudicium protulit nemo; Qu. Rosc. 7. turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit; Verr. a. pr. 29. direptionem commemorabo et in medium proferam; ib. IV, 115. non agitanda res erit? non in medium proferenda? ib. V, 179. ut res patefacta et in forum prolata ... sit; Cluent. 78. quaestus forensis in medium proferebatur; ib. 101. ut nihil possint ex eis ... in aspectum lucemque proferre; Arch. 12. quis enim umquam ... litteras ... in medium protulit palamque recitavit? Phil. II, 7.

proficiscor: nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius; Quinct. 15. ut expeditus in Galliam proficisci posset; ib. 23. quo die Roma in Galliam profectus sit; ib. 57. quotiens Naevius in Galliam profectus est; ib. 62. proficiscenti tibi in possessionem praetor ipse ... dicit; ib. 85. in Siciliam sum ... profectus; Verr. I, 16. profectus est quaestor in provinciam; ib. 34. ut ... [in Asiam] hominis nequissimi causa in alienam provinciam proficisceretur; ib. 73. nam Malleolus in provinciam sic [copiose] profectus erat; ib. 91. aliquanto ante in provinciam iste proficiscitur; ib. 149. qui e Chelidonis sinu in provinciam profectus esset; ib. II, 24. quod L. Metellus in provinciam profectus est; ib. 62. cum sibi in provinciam proficiscendum putaret; ib. III, 44. cum ... in Siciliam esset profectus; ib. 63. qui ... in provinciam esset profectus; ib. IV, 9. in Syriam in regnum patrium profecti sunt; ib. 61. in fundum proficiscuntur; Caecin. 21. quem ad modum ... in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint; ib. 98. qui ... ad patris exercitum atque in militiae disciplinam profectus est; imp. Pomp. 28. atque haec tot exempla ... profecta sunt in eundem hominem; ib. 63. nunc qua cupiditate homines in provincias ... proficiscantur ignorant videlicet isti; ib. 67. propinqui tamen illi ... in agrum Gallicum profecti sunt; Cluent. 22. qui erant in agrum Gallicum profecti; ib. 24. in exsilium ... proficiscere; Catil. I, 20. cum esset ... in Siciliam profectus; Arch. 6. qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur; dom. 78. nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem; ib. 97. in Africam profectus est; Cael. 73. quem (Cn. Publicium Menandrum) apud maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt; Balb. 28. an cum proficiscebamini paludati in provincias vel emptas vel ereptas ..? Piso 31. qui adulescentulus cum A. Torquato profectus in Africam sic ... dilectus est, ut ..; Planc. 27. Q. enim Ligarius ... legatus in Africam ... profectus est; Ligar. 2. cum Caesar in Hispaniam proficiscens huic conculcandam Italiam tradidisset; Phil. II, 57. proficiscitur in Hispaniam Caesar; ib. 74. profectus est aliquando tandem in Hispaniam; ib. 75. neque enim est in provinciam suam Cretam

profectus; ib. XI, 27. cum est in Syriam profectus; ib. 28.

profugio: damnati ... comitiis centuriatis cum in exsilium profugissent; dom. 86. quod ... in oppidum devium Beroeam profugisti; Piso 89. sed profugit paludatus. at quo? in provinciam firmissimorum [et fortissimorum] civium ..; Phil. V, 24.

profundo: ut eorum veteres inlibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat; Sest. 93. omne odium ... in me profudistis; Piso 16. id (odium) in eius imaginem ac simulacrum profuderunt; ib. 93.

progredior: numquam illos in eum locum progressuros fuisse; Verr. I, 81. an in eum annum progredi nemo poterit edicto? ib. 109. non horreo in hunc locum progredi † posse; ||non horrui in hunc locum progredi — non horreo, ut in hunc locum progredi possim — non horreo: in hunc locum progredi possum||; leg. agr. II, 101. et cogita quem in locum sis progressus; Catil. III, 12.

proicio: sed quod erat ... (urbs) ita proiecta in altum; Verr. IV, 21. in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; ib. 118. hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint ..; Cael. 22. quam ob rem vitam suam ... numquam in periculum ... proiciebat; Milo 56. videlicet homines foeneos in medium ad tentandum periculum proicit || proiectos ||; Fr. B, VI, 1.

propago: qui ... stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit; Phil. I, 13.

propero: etiam cum in castra Etrusca properabat; Milo 55.

propono: aliquando tandem ... lex in publicum proponitur; leg. agr. II, 13. ſ. edo; Verr. III, 98.

proscribo: in eum diem ||in eo die; eo die|| Kalendas Martias proscribi iuberet; Verr. II, 129.

prospicio: IN RELIQUUM TAMEN TEMPUS VECTIGALIBUS PROSPEXI; Verr. III, 128. in reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse; ib. accusatorum opibus ... multum in posterum prospicientes iudices restiterunt; Muren. 59.

protraho: quod in convivium Sex. Comiuium protrahi iussit; Verr. IV, 24.

quadro: nisi omnia ... in istam (Clodiam) quadrare apte viderentur; Cael. 69.

quaero: „neque in dominos ||in vos|| quaeritur" ..; Sex. Rosc. 120. „in dominos quaeri de servis iniquum est"; ib. neque est iniquum in hunc quaeri; ib. ut in singula conclavia ... lectos optime stratos ... quaereret; Verr. IV, 58. tu ex illius honore in eos ipsos ... supplicia quaerebas? ib. 90. in quem quaerere? infinitum est; Cluent. 148. quem ad modum ... in Habitum sit crimen a matre quaesitum cognoscite; ib. 174. quod vereor ne Laelius ... putet aliquid oratione mea sermonis in sese aut invidiae esse quaesitum; Flacc. 13. et ex ea (epistula) crimen aliquod in P. Sullam quaeris; Sulla 67. nam in eum ... invidia quaesita est; Rab. Post. 46. sed tamen maiores nostri in dominum [de servo] quaeri noluerunt; Milo 59. in reum de servo accusatoris cum quaeritur; ib. cum ... de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat; Deiot. 3. etiam in eos ... impietatis ||† impetus|| crimine invidia ||crimen invidia — crimen — crimen invidiaque|| quaeretur? Phil. XIV, 13.

queror: etenim tria, ut opinor, haec in Milonis personam questus es; Fr. B, XV, III, 2.

rapio: quem tu in crucem rapiebas; Verr. V, 166. qui (tribunus) nos Sullanos in invidiam rapit; leg. agr. III, 7. cum in omnem fraudem raperis oculis; har. resp. 39. rapientur homines in haec iudicia; Rab. Post. 18.

recido: ut ... suspicionem in vosmet ipsos recidere intellegas; Sex. Rosc. 79. quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret; Qu. Rosc. 54. ne in unius imperium res recidat, admonemur; har. resp. 53. multo mihi, multo, inquam, iudices, praestat in eandem illam recidere fortunam, quam ..; Sest. 146. quae (tela) ... in aliorum vigiliam consulum recidissent; Planc. 90. ita vero ... eveniat atque huius amentiae poena in ipsum familiamque eius recidat! Phil. IV, 10. ea vere recidere in memoriam pueritiae suae; ib. XIII, 19.

recipio: cum is, qui profugit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam civitatem; Caecin. 100. nam cum se in regnum suum recepisset; imp. Pomp. 25. inde cum se in Italiam recepisset; ib. 34. quod hostes ... recepti in amicitiam ||recepti|| beneficio se obligatos putant; Catil. IV, 22. ut illi reciperent in suas litteras publicas praeclaras praescriptiones et emptiones tuas; Flacc. 74. ergo illum ... maiores nostri in civitatem receperunt; Arch. 22. non prius ... quam erant in eam (civitatem) recepti; dom. 78. qui ... acerrimum hostem in regnum recepit; Sest. 59. atqui ceterae civitates omnes non dubitarent nostros homines |nostros omnes — nostros| recipere in suas civitates, si ..; Balb. 29. gentes universae in civitatem sunt receptae; ib. 31. quid erat cur ex ipso foedere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret? ib. 35. multi in civitatem recepti ex liberis foederatisque populis [liberati] sunt; ib. 52. quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc ..; Rab. Post. 19. „recepti in provinciam non sumus"; Ligar. 23. hunc (hominem) in familiaritatem libentissime recipiebat; Phil. II, 78. hos umquam in urbem recipietis? ib. III, 32. qui (L. Antonius) vos omnis in fidem suam recepit; ib. VI, 12. hunc in eum ordinem recipi; ib. VII, 15. sed ut in eam (civitatem) reciperentur petebant; ib. XII, 27.

reconcilio: inimici in gratiam reconciliabantur; dom. 129.

redeo: discedens in memoriam rediit Quinctius; Quinct. 57. profecto aut haec bona in tabulas publicas nulla redierunt ..; Sex. Rosc. 128. nam, quaeso, redite in memoriam, iudices; Verr. I, 120. qui ... in agros atque ad suum Larem familiarem redirent; ib. III, 125. numquam te in horum conspectum rediturum ... esse duxisti? ib. V, 144. ei non modo in senatum redierunt; Cluent. 120. deinde in Asiam rediit; Flacc. 49. ut ... redirem in patriam dignitate omni recuperata; Sest. 129. si in patriam, si ad deos penatis ... redire properaret; prov. cons. 35. cum in patriam redii; Piso 52. ut me puderet ... in eam urbem redire, ex qua ..; Phil. X, 8. redeamus in viam; ib. XII, 7. quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, ex qua ..; ib. XIII, 27. ſ. **gratia,** II, 3. redeo in (3 St.) S. 424, a. — **cum,** III. gratia (15 St.) Z. I, S. 747, a.

redigo: omnia iudicia redegerat in suam potestatem; Verr. II, 33. hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam redacturos; Cluent. 152. ipsum populum Romanum ... redigas in istam xviralem dicionem ac potestatem? leg. agr. II, 74. primum praedones eos ... redactos esse omnis in potestatem; Flacc. 30. sed totam Galliam in nostram dicionem esse redigendam; prov. cons. 32. qui autem tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram (acc. c. inf.)? Phil. II, 18. hac [virtute] maiores vestri ... bellicosissimas gentis in dicionem huius imperii redegerunt; ib. IV, 13. si hoc genus † pene ||hoc genus rapinae|| in unum ||in aerarium|| redigatur; ib. V, 12. et quod C. Caesar ... equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit; ib. 46.

reduco: quibus (statuis) subscripsit reges a se in gratiam esse reductos; Cluent. 101. itaque ... non reducti sumus in patriam, ... sed ... reportati; sen. 28. quoniam me in civitatem res publica ipsa reduxit; Quir. 18. rerum capitalium condemnatos in liberas civitates per legatos nostros reduceret? Sest. 84. hic me meus ... animus ...

cum C. Caesare reducit ... in gratiam; prov. cons. 23. qui (homo) me cum illo in gratiam reducat? ib. 25. quocum me si ante ||me stantem|| Cn. Pompei auctoritas in gratiam non reduxisset ..; Rab. Post. 19.

redundo: ne quid ... invidiae mihi in posteritatem redundaret; Catil. I, 29. si haec elapsa de manibus nostris in eum annum ... redundarint; Muren. 85. si ... nullum in me periculum redundarit; Sulla 27. ne quae ||ne qua|| popularis in nos aliquando invidia redundaret; dom. 69. quae (nationes) numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare; prov. cons. 31. omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores; Milo 103.

refero: nomen refertur in tabulas; Sex. Rosc. 21. ut hic potius in reos quam occisus in proscriptos referretur; ib. 27. occisum in proscriptorum numerum rettulistis; ib. 32. ut mea causa falsum in codicem referret? Qu. Rosc. 1. non refert parva nomina in codices? ib. 4. quod nomen referre in tabulas timeat; ib. quod in codicem iniuratus referre nolit, id iurare in litem non dubitet! ib. non habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi relatum confitetur; ib. 5. quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? ib. 8. tamen in codicem acceptum et expensum referri debuit; ib. cum cetera nomina in ordinem referebas; ib. 9. neque in aerarium relata sunt (HS sescenta milia); Verr. I, 36. renuntiationem .. eius, quae erat in publicas litteras relata, ... tolli iusserat; ib. 88. si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses; ib. cur non tum in litteras relatum sit; ib. sed hac ... tempestate sociorum amissam (navem) in litteras publicas rettulerunt; ib. 89. neque in tuas tabulas nomen ullum ||ullum nomen|| referres; ib. 102. in tabulas enim legem rettulisti; ib. 144. primo negabat se opus in acceptum referre posse; ib. 149. si in acceptum non retulisset; ib. Habonio opus in acceptum rettulit; ib. hoc modo iste sibi ... prospicere didicit, referendo in tabulas et privatas et publicas quod gestum non esset; ib. 158. iubet in tabulas pro med. VIIIC referri VIID; ib. III, 77. decretumque est, ut ... ei pecunias in aerarium referrent; ib. 81. ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre haec omnia signa ... vendita esse; ib. IV, 12. velut in hac re aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem ... referri oportere; ib. 95. referri in tabulas publicas pretio adductam civitatem ... ea ... vendidisse; ib. 134. cum iam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum; ib. 146. iste in tabulas refert; ib. V, 102. ut publice quoque, quae vellet, in litteras civitatum [tolli et] ||et tolli et|| referri iuberet; ib. 103. qui Stheuium Thermitanum ... absentem in reos rettulerit; ib. 109. qui iurati debent optimum quemque in lectos iudices referre; Cluent. 121. ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat; ib. 122. QUOD (AURUM) NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT; leg. agr. I, 12. AURUM, ARGENTUM EX PRAEDA ... NEQUE RELATUM EST IN PUBLICUM NEQUE IN MONUMENTO CONSUMPTUM; ib. II, 59. referre in aerarium lex vetat; ib. 72. video quosdam ... non eosdem voltus ... in hanc contionem mihi rettulisse; ib. III, 2. quam vero facile falsas rationes inferre et in tabulas ... referre soleant ... cognoscite; Flacc. 20. ait me aliter ac dictum sit in tabulas publicas rettulisse; Sulla 40. cum scirem ita esse indicium relatum in tabulas publicas, ut ..; ib. 42. cum ... prius etiam edituri indicium fuerint scribae mei ... quam in codicem rettulissent; ib. 44. dicebas te tuis umeris me custodem urbis in urbem relaturum; dom. 40. nominibus in tabulas relatis; Sest. 72. qui si ... referunt aspectum in curiam ..; prov. cons. 38. quod ille in tabulas publicas rettulisset; Balb. 11. cum idem animus ... in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3. § 4. si quid memoriae causa rettulit in libellum; Phil. I, 19. absentem, credo, in reos relatum; ib. II, 56. hic hesterno die sententias vestras in codicillos et omnia verba referebat; ib. VIII, 28.

regredior: in illum (annum), quo alius praetor fuit, regredietur? Verr. I, 109.

reicio: quo quasi in portum reiectus ... confugere posses; Sex. Rosc. 79. ut res in illud tempus reiceretur; Verr. I, 31. mitto ... haec omnia atque in aliud dicendi tempus reicio; ib. III, 59. in hunc igitur gregem vos nunc P. Sullam ... reicietis? Sulla 77. reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde ..; Phil. I, 7.

relego: hunc in praedia rustica relegarat; Sex. Rosc. 42.

remitto: remisisti in triennium; Verr. IV, 21.

renovo: cum [in Cn. Dolabellam] suum scelus ... renovavit; Verr. a. pr. 11.

reporto: statuerunt id secum in Syriam reportare; Verr. IV, 64.

reservo: tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum quod gravius ... facere posses reservares; Quinct. 49. fructum istum laudis, ... in alia tempora reservemus; Verr. a. pr. 33. cur interdum ... poenas in diem reservatis? Cael. 59. ego ... inimicitias in aliud tempus reservare deberem; prov. cons. 47.

respondeo: potest quisquam vir ... satis graviter *in* inimici ||inimici — contra inimici|| contumeliam sine sua laude respondere? har. resp. 17.

restituo: ut ei nobiles restituerentur in civitatem, qui ..; Sex. Rosc. 149. ut ea (provincia) restitui in antiquum statum nullo modo possit; Verr. a. pr. 12. ut damnati in integrum restituantur; ib. V, 12. quem ad modum te restituat in aedis tuas non habebit? Caecin. 36. in possessionem in praesentia non restituetur; ib. 75. non, opinor, eos in cuniculum, qua adgressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret; ib. 88. hoc iam simplex est, in eum locum restituas; ib. restitue in hunc locum; ib. restitue in eum locum; ib. optaret, ut a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem; ib. hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur; ib. tam te in aedis tuas restitui oportere; ib. 89. quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod ..; Cluent. 98. mitto etiam quod a nostris magistratibus in integrum restituta; Flacc. 79. quoniam in rem publicam sum pariter cum re publica restitutus; sen. 36. eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, . . . repudiarem? dom. 9. rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti; ib. 86. tamen illi di penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti; ib. 143. cum ero in meas sedes restitutus; ib. 145. in quam (urbem) videor esse restitutus; ib. 146. hic me meus in rem publicam animus ... cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam; prov. cons. 23. Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus; Planc. 69. si essem in patriam restitutus; ib. 101. quod erat nemini dubium quin is in regnum restitueretur; Rab. Post. 4. condemnatum qui in integrum restituit, is ..? Phil. II, 56. non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos; Fr. B, XV, v, 3.

revertor: ne Petilius ... cum ceteris in consilium reverteretur; Verr. II, 75. ut reliqui menses in suam rationem reverterentur; ib. 130. aratores ... in agros atque in sedis suas revertantur; ib. III, 228. ut ... dignitas iam in patriam revertisset; sen. 5. quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse;

dom. 75. turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti; Phil. I, 9.

revoco: comitiis tot civitatum unam in domum revocatis; Verr. II, 133. ut aliquo modo in provinciam illum revocaret; ib. IV, 40. fortunae possessionesque omnium in dubium incertumque revocabuntur; Caecin. 76. propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica ... revocavit; imp. Pomp. 8. at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit; Quir. 10. videtis me tamen in meam pristinam dignitatem ... esse revocatum; Sest. 52. nemo fuit qui se non rem publicam mecum simul revocare in suas sedes arbitraretur; ib. 112. revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; Milo 102. et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur; Fr. B, VI, 17. quae (amicitiae) essent ex inimicitiis revocatae in gratiam; Fr. E, 2.

ruo: cum ille in saepta ruisset; Milo 41.

scribo: cum in eos solos lex scripta sit; Sex. Rosc. 130. si tabulas C. Fannius ... profert suas, in suam rem suo arbitratu scriptas ..; Qu. Rosc. 2. quae (lex) in nostrum ordinem scripta sit; Cluent. 157. in eum adulescentem hoc scribere audere, quem ..? Phil. III, 18.

sequor: quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere? Phil. II, 71.

serpo: nam cum serperet in urbem infinitum malum; Phil. I, 5

sevoco: quodcumque ||quod quidque| poterat ad se in privatam domum sevocabat; Quinct. 13. facis ut rursus plebes ||plebs|| in Aventinum sevocanda esse videatur; Muren. 15.

specto: cum omnes in unum spectent; Sex. Rosc. 22.

statuo: quae regie ... statuit in aratores Apronius; Verr. III, 115. in quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere; ib. 210. fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos; ib. IV, 19. ut ipse in eum statueret quod videretur; ib. V, 160. quid statuent in viros primarios, qui ..? Muren. 73.

subdo: quos in eorum locum subditos domi suae reservavit; Verr. I, 12. quis in meum locum iudicem subdidit? dom. 85.

subicio: et video in haruspicum responsum haec esse subiecta; har. resp. 37. nescis ... te ... e postremo in tertium locum esse subiectum? Fr. B, VIII, 5.

subscribo: in M'. Aquilium et in Ti. Guttam video esse subscriptum; Cluent. 127. nam in P. Popilium ... subscripsit L. Gellius; ib. 131.

subsortior: subsortiemur etiam in M. Metelli locum; Verr. a. pr. 30. quos (iudices) in horum locum subsortitus esses ||sortitus es; subsortiturus eras||; ib. I, 51. in suum consilium sine causa subsortiebatur; ib. 158.

substituo: Verres in eorum locum substitutus est; Verr. IV, 89. tum iste homo nefarius in eorum locum ... substituere et supponere coepit civis Romanos; ib. V, 72.

succedo: qui M. Laevino ... praetores in eam provinciam successerant; Verr. III, 125. nondum in Cn. Pompei locum ... repentinus heres ||herus|| successerat; Phil. II, 62.

sum: itaque ex eo tempore res esse in vadimonium coepit; Quinct. 22. quae (nationes) in amicitiam populi Romani dicionemque essent; div. Caec. 66. quod ... in eorum potestatem portum futurum intellegebant; Verr. V, 98. cum vestros portus ... in praedonum fuisse potestatem sciatis; imp. Pomp. 33. non est hoc in absentem [sed in latentem] reum; Flacc. 78.

sumo: nam cum ... frumentum in cellam ei sumere liceret; Verr. III, 188. in cellam quod sumi oporteret; ib. quantum in cellam sumere ei licitum sit; ib. 225. itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut ..; leg. agr. II, 15. [non in manus sumitur]; Planc. 29.

suppono: cum volgo loquerentur suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles; Verr. V, 78. non esset difficile alium in suppositi locum supponere; ib. 79. f. substituo; Verr. V, 72.

suscipio: providere debent ... quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur; Verr. III, 1. qui in se suscipere istius culpam ... cuperet; ib. IV, 91. quem in suam potestatem susceperat; Caecin. 98. quo tandem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? Cluent. 170. eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur; har. resp. 57. sed si qui sunt quibus infinitum sit odium in quos semel susceptum || suspectum || est ..; Balb. 62. miserior igitur qui suscipit in se scelus quam ..; Phil. XI, 9.

suspicio: cum suspexit in caelum; har. resp. 19.

tollo: quos ... partim implorantis ... in crucem sustulit; Verr. I, 7. qui ... civem Romanum ... sublatum esse in crucem dixerunt; ib. 13. in quam (crucem) iste civem Romanum ... sustulit; ib. IV, 24. statim deinde iussu praetoris in crucem esse sublatum; ib. V, 7. hoc iuris ... constitueres, ut, qui neque tibi notus esset, ... in crucem tolleretur; ib. 168. quid dicam in crucem tollere? ib. 170. in caelum huius proavus Cato tollitur; Arch. 22. Deiotarum cum plures in equum sustulissent; Deiot. 28. tunc vel in caelum vos ... umeris nostris tollemus; Phil. XI, 24.

trado: adulescentis in disciplinam ei tradite; Verr. I, 115. ut P. Lentulus ... in custodiam traderetur; Catil. III, 14. itemque uti C. Cethegus, L. Statilius ... in custodiam traderentur; ib. iam vero publicanos miseros ... tradidit in servitutem Iudaeis et Syris; prov. cons. 10. at enim te in disciplinam meam tradideras; Phil. II, 3.

traduco: an ... vestros animos in aliam partem ... traducat? Verr. II, 192. miserum atque iniquum ex agro homines traduci in forum; ib. III, 26. hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti ... commovebuntur; leg. agr. II, 97.

traho: ut non plures secum in eandem trahant calamitatem; imp. Pomp. 19.

traicio: quid? cum commiserari, conqueri et ex illius invidia deonerare aliquid et in te traicere coeperit ..? div. Caec. 46. cum parva navicula traiectus in Africam ... ad eos ... venisset; Quir. 20.

transeo: obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiae possent; Verr. V, 5.

transfero: a praeconum consessu in Galliam Naevius ... transfertur; Quinct. 12. cum omnes ... menstruas paene rationes in tabulas transferant; Qu. Rosc. 8. cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris? Verr. I, 118. hoc idem transfero in magistratus, curationes; ib. II, 126. litterae ... de tabulis in libros transferuntur; ib. 189. „quaternos HS ... ego habebo et in cistam transferam de fisco"; ib. III, 197. quod ipsum non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos et Halaesinos; ib. IV, 20. hic ornamenta ... in meretriciam domum transtulit; ib. 123. non ut culpam in alios transferamus; Font. 18. cum eam legem ... in populum Romanum transferre conentur; Cluent. 157. in id oppidum homines nefarii rem publicam vestram ||nostram|| transferre conantur; leg. agr. II, 87. haec pecunia tota ab honoribus translata est in quaestum et faenerationem; Flacc. 56. ex hac familiarium dignitate in impiorum partem atque in parricidarum sedem atque numerum transferetis? Sulla 77. in fundum autem vicini consulis non instrumentum, ... sed etiam arbores transferebantur; dom. 62. hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset; ib. 130. ut ... Gracchum illum suum

transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint; Sest. 82. non illi ... transferre potuissent invidiam in quos putabant; ib. dicet se ... totam aedilitatem in munus hoc transtulisse; ib. 135. non intellego quam ob rem ... eandem editionem transtulerit in ceteras causas; Planc. 36. quantum (temporis) in me custodiendum transferre maluerit; ib. 61. seseque in annum proximum transtulit; Milo 24. quae (signa) e balneo in cubiculum transferri non possent; Deiot. 21.

transfundo: omnem se amorem abiecisse .. atque in hanc transfudisse; Phil. II, 77.

transporto: in quam (provinciam Macedoniam) tantum exercitum transportasses; Piso 47.

transscribo: testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; Cluent. 41.

valeo: nam quae in ipsum valebant crimina contulit in illum; Verr. I, 41. docebat edictum eius non oportere in eas hereditates valere; ib. 125. hoc crimen in istum reum valere oportere non arbitror; ib. III, 194. cum illud verbum UNDE in utramque rem valeat; Caecin. 89. sed valebant in senatum multum; Sest. 105.

venio: ||id|| non eo dico ... quo mihi veniat in dubium tua fides; Quinct. 5. non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae; ib. 6. non tam cito res in contentionem venisset; ib. 24. non necesse esse famam alterius in iudicium venire; ib. 30. heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem; ib. 38. si quid in controversiam veniret; ib. non in eam turpitudinem venisses; ib. 53. res in dubium venire non potest; ib. 67. administri ... trans Alpis in Segusiavos ||Segusianos|| biduo veniunt; ib. 80. QUI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT; ib. 84. cognostis in praedia privata Quinctii Sex. Naevium non venisse; ib. 90. legati in castra veniunt; Sex. Rosc. 25. si .. in hanc calamitatem venit; ib. 49. qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret; ib. 52. significant tamen, si qui in Capitolium venerint; ib. 56. unde istud vobis suspicari in mentem venerit; ib. 58. cum in mentem veniret ei; ib. 59. et simul tibi in mentem veniat facito quem ad modum ... depinxeris; ib. 74. venit enim mihi in mentem oris tui; ib. 95. atqui ei venit in mentem praedia concupiscere? ib. 105. venit in decem primis legatus in castra Capito; ib. 109. neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere; ib. 122. quae vobis in mentem venire certo scio? Qu. Rosc. 24. quid ita Flavio sibi cavere non venit in mentem? ib. 35. at enim forsitan hoc tibi veniat in mentem (acc. c. inf.); ib. 39. venerat, ut opinor, haec res in iudicium; ib. 42. in mentem tibi non venit quid negotii sit? div. Caec. 27. cum illius mihi temporis ||illius temporis mihi|| venit in mentem; ib. 41. praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris? ib. 43. neque fere umquam venit in contentionem de accusando qui quaestor fuisset quin repudiaretur; ib. 62. in iudicium venire; Verr. a. pr. 7. ex quo mihi venit in mentem illud dicere; ib. 41. fac tibi paternae legis [Aciliae] veniat in mentem; ib. 51. cum in contentionem certamenque venerint; ib. I, 3. venit exspectatus in Galliam; ib. 34. tuorum tibi scelerum veniat in mentem; ib. 47. cum in ea ipsa loca venisti; ib. in Asiam vero postquam venit; ib. 49. cum legati ... in Asiam ... venissent; ib. 50. ut in tantum periculum veniret; ib. 70. venit ipse in aedem Castoris; ib. 133. id ... optimum esse factu, quod cuivis venisset in mentem; ib. 136. tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebant; ib. 150. Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum ... questus est; ib. 151. fortunisque omnibus spoliatus venit in iudicium; ib. 152. quis a signo Vortumni in circum maximum venit ..? ib. 154. quae (civitates) semel in amicitiam nostram venissent; ib. II, 2. cum tanta hereditas in controversiam venisset; ib. 37. id ei postridie venit in mentem; ib. 42. simul atque ego in Siciliam veni; ib. 63. mirabantur omnes hoc ei tum denique in mentem venisse; ib. 64. inquirendi causa in Siciliam veni; ib. 138. ante quam ego in Siciliam veni; ib. 140. nisi mature Laetilius in Siciliam venisset; ib. in eam [iam] venerat [familiaritatem] consuetudinem ||familiaritatem consuetudinemque||; ib. 169. venient in medium; ib. 175. facite ut vobis triennii totius veniat in mentem; ib. 184. Metello divinitus hoc venit in mentem; ib. III, 45. nam cum quadriennio post in Siciliam venissem; ib. 47. hominibus coactis in eorum arationes Apronius venit; ib. 57. nihilne tibi venit in mentem existimationi tuae consulere? ib. 131. venerat res in iudicium atque [in] discrimen; ib. 140. Sacerdos ut in provinciam venit; ib. 214. ut ... in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret; ib. IV, 13. cuius beneficio nos in hunc ordinem venimus; ib. 25. hic tibi in mentem non venit iubere; ib. 28. cum in suspicionem venissent; ib. 30. cui comperendinato, cum tam multi testes dixissent, quicquam illorum venisset in mentem? ib. 33. qui simul atque in oppidum quodpiam venerat; ib. 47. qui cum in convivium venisset; ib. 48. eo minore periculo in iudicium venturus esset; ib. 49. quod in eius regnum ac manus venerat is; ib. 62. qui in iudicium veniat; ib. 71. quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse demonstrant; ib. 72. existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos; ib. 79. qui ut primum in illud oppidum venit; ib. 84. venire in mentem necesse est omnibus; ib. 87. venit enim mihi fani, loci, ... in mentem; ib. 110. deinde cito venit in mentem non esse vitandum illum nobis conventum; ib. 138. itaque in curiam venimus; ib. venit enim mihi in mentem ... quantum momenti oratio M. Antonii habuisse existimata sit; ib. V, 3. quod eius vilicos pastoresque tibi in suspicionem venisse dixeras; ib. 15. cum indigne pateretur uxor Cleomenis ... in conventum suum mimi Isidori filiam venisse; ib. 31. in qua (provincia) numquam tibi venit in mentem (acc. c. inf.); ib. 39. cum in portum dico, iudices, ... in urbem dico atque in urbis intimam partem venisse piratas; ib. 96. in forum venit; ib. 106. Poenas scelerumque Furias in tuum iudicium esse venturas; ib. 113. cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem; ib. 124. numquamne tibi iudicii, numquam contionis ... venit in mentem? ib. 144. numquam (te) in forum populi Romani venturum ... esse duxisti? ib. ipse inflammatus scelere et furore in forum venit; ib. 161. venit mihi in mentem M. Catonis; ib. 180. cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem venisset, ut ..; Tull. 10. cum iudicium ita daret, ut hoc solum in iudicium veniret; ib. 12. venit in Thurinum interea Tullius; ib. 19. nisi putamus *eum in iudicium* venire, qui consilium inierit; ib. 32. nam si venit in iudicium de familia ..; ib. 35. de quo hoc primum quaero, venerit ea res in hoc iudicium necne; ib. 38. videtis ... sanguinem in iudicium venire; ib. 42. M. Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem; Font. 19. qui illo triennio in Galliam venerunt; ib. 32. quod in iudicium venire ausus est; Caecin. 2. quod quoniam iam in consuetudinem venit; ib. 6. id quod ipsi quoque mulieri veniebat in mentem; ib. 15. an non in mentem vobis venit omnibus (acc. c. inf.)? ib. ut de civitate in dubium veniret; ib. 18. quo die in rem praesentem veniretur; ib. 20. Caecina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam; ib. ecce ipse Aebutius in castellum venit; ib. venisse in consilium publicae quaestionis; ib. 29. ut vos iudicetis huius rei ius atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse; ib. 40. paulo ante quam nos in forum venimus; ib. 53. veniunt in mentem mihi permulta; ib. 55. verum in his causis non verba veniunt in iudicium; ib. 63. quem

